







PA

RB 53/2979 - 5^o, 6



(681403)





GEORGIVS BRAVN COLONIENSIS BENEVOLIS LECTO-

RIBVS S. D.



Xhibemus hic Vrbium præcipuarum Theatrum, Lectores bencuoli, ad cuius editio-
nem, præstantissimi viri ex remotis mundi regionibus, diuersas Vrbium icones, aliaque,
ad communem studiorum promotionem, humaniter transmittendo, doctissimis literis
multisque rationibus nos propemodum inuitos compulerunt. Quorum auctoritate,
cum in hoc publicum Orbis Theatrum industi & pertraisti simus, liber hic quædam de
primis vrbium initis, progressu, & fatali quarundam interitu, pro consuetudine nostra
præfari.

Ex naturali ratione constat, cum frequens hominum multitudo nondum esset collecta, nec
agricultura, nec pecuaria, nec archytecta, nec opificum artes extarent, in speluncis ac terræ visceribus,
quaे nulla adhuc industria vel avaritia, sed casus & natura aperuerant, primùm agrestem, & eam quidem
rudem ac simplicem, hocest, innocentem ac iustam vitam, homines vixisse. Quia sub dio frigidas transigere
noctes, natura iudicabat incommodum. In istis verò, ferarum ac pecudum potius, quam hominum lati-
bulis, numero ac familiis austi, ad loca capaciora progreſſi, contra intemperiem & iniuriam aeris, naturali
ductu, defensionem querentes, hirundinum & avium solertia sunt imitati, ex stipula, arundine, ac lu-
to, tuguria quædam, rudi structura, excitantes, ex fronde, cespite, vel arundine contra tempestates, te-
&to, lutea sua palatia concluserunt. Ob audiorem deinde sobolem, & continuatam generis propagatio-
nem, familiae sediuidentes, in plures casas tanquam in colonias diuerſas prodiderunt, ubi naturæ ductus,
plurium ædificiorum rationem suppeditauit, qua securitatis defensionis gratia, diuerſas habitationes, vi-
cinitates, ac vicos excitauit. Vnde Archytec̄tura, Agricultura, Pecuaria limitum distinctiones, villa-
tica, & agrestes pastiones sunt natae. Hinc litis nomen, à dimotis, vel transgressis limitibus, & conten-
tionum seminarium est ortum. Et prima illa aurea ætas, qua in primis vita humana rudimentis sponte
sua, sola virtute regnante, sine vitiis lue, sine lege, fidem, rectumque colebat, splendidum conui-
uiorum apparatus, & vestimentorum luxum ignorauit, sed qua alimenta primum terra spontaneo
beneficio suo, postea rudi & incondita agricultura, adiuta, suppeditabat, ad arcendam famem ac situm
parcè, & pro necessitate tantum sumebat. Hæc inquam, aurea ætas, simplicitatis & iustitiae sole declinan-
te, in deteriorem, argenteam tamen prolem, est immutata. Crescente verò multitudine, cùm contra pe-
ioris ætatis, quam ahenam vocant, corruptelas, sui conseruandi & turandi studio, quod natura omnibus
ingenerauit; frequentiores familiae collectæ, consilio industria, & mutuis præsidii consociatis animis
se munire coepissent, eius à coeundo dicit, Opidum, opis gratia, rudi quidem, sed firmiore structura æ-
dificare coeperunt: Quæ post aliquor deinde temporum spacia ex cultiore strætura vrbs nuncupata fuit,
In qua ciuitas legum & religionis vinculo colligata ab aliorum iniuriis se defenderebat. Hinc Plato lib. 3.
de legib. omnes disciplinæ & politiæ ordines ex naturæ fontibus manasse, patefecit. Ita ex naturæ ductu,
imperandi & parendi ratio, Imperium, dico est natum. Sine quo, vt Cicero tertio de legibus, nec domus
villa, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec retum natura omnis, nec ipse mundus
potest. Ipsa quippe natura dictare videtur, vt parentes imperient natis, generosi & nobiles ignobilibus, sa-
pientes imprudentibus & ignaribus. Itaque idem Plato codem de legibus lib. afferit, Cum Deus formaret ho-
mines, quicunque ad imperandum idonei sunt, iis aurum in ipsorum generatione admisit, propterea
honoratissimi sunt. Illis autem, qui ad auxiliandum, argentum indidit. Ferrum denique & æs, agricolis,
cæterisque opificibus. Indicans, naturam & eius auctorem Deum, harum varietatum indidisse semine.
Summa enim Dei bonitas & infinita sapientia, qua cuncta in gubernatione mundi disponit suauiter, omni
sæculo quosdam excitauit præciuos viros, qui ingenio & prudentiæ acumine, virtutumq; actionibus au-
toritatem sibi comparantes, cæteris, ad politicas societates ineundas, & pacificè conseruandas, veluti que-
dam numina, prælucerent. Talem olim celebrarunt Poetae Louis filium Argiourum Regem APIM, qui ru-
dium Aegyptiorum misertus, relicto proprio regno, eos omnem pietatem, iustitiam, prudentiam & agri-
culturam docuit. Talem Mauritanæ regem ATLANTEM, qui Astronomiam docuit, & proinde cælum
humoris sustinuisse fingitur. Talem ORPHEVM, qui bruta animantia, atq; ipsa etiam saxa, citharae cantu,
hoc est, rudes & agrestes populos, eloquenti oratione, ad moderatam vitam, ab vrbes condendas atque co-
lendas pertraxit. Talem etiam HER CYLEM illum Libycum, cuius operam in monstros domandis, hoc
est, populum à tyrannorum sæuitia liberando commendarunt. Tales multi successerunt alii, qui virtutis &
patriæ amantes, incautum popellum ab externa & domestica vi, & ab influentium hostium petulantia, &
prædicationibus defenserent. Ex talium herorum officina, Magistratus, Nobiles, Principes & Reges orti
sunt quos virtutis studium, honoris etiam & immortalitatis appetitus generosos, & magis inclytos reddi-
dit, quorum egregia consilia, victorias, bella, & heroicæ facta ante litterarum & historiarum usum, senio-
res iunioribus rythmis, & cantilenis narrare solebant, (quod Tacitus apud priscos Germanos, dum Roma-
nis nondum pateret, visitatum fuisse perhibet & hoc etiam tempore, apud barbaras gentes, Turcas, Tarta-
ros, & Schytas obseruatur.) Quando deinde humanam industriam, artium vitus magis polire coepit succe-
serunt carminibus historiæ, historiis imagines, statuæ, monumenta, clypei, saxa, inscriptiones, pyramides nu-
mismata, quibus exempla & præmia virtutum & scelerum poenæ, ciuibus ad honestas actiones colendas,
proponebantur.

Sed & præter naturæ & rationis instinctum, vrbaniarum & ciuilium societatum intuentrix, ipsa fuit ne-
cessitas; Homo enim multis ad benè viendum indiget, & propterea ad socialem vitam propendet, quia ad

P R A E F A T I O.

eam quasi natus videatur, quod cum Aristoteles multis argumentis ostendat, tum eo maximè, quoniam solus is ex omnibus animalibus particeps est, composque sermonis, quo fit, ut ille ad cœtus & congregations aptus sit magis, quam apes, formicae, aut vllæ bestie congregabiles. Tam arctum enim est societas humanae vinculum, lingua & sermonis communio, vt, dicente D. Augustino lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 7. libentius sit homo cum cane suo, quam homine alieno. Itaque, cum in ciuili societate mutuis colloquiis, prudentia, consensu, consilio, & conspiratione multorum, homo suis, & suorum necessitatibus succurrere, mala auertere, & ex impotenti ac debili firmus ac potens, publicisque viris ad communem defensionem idoneus constitui posset: Hinc ciuiles societates homo vehementer amat, quarum beneficio homines singuli, quæ separatis consiliis inopes, impotentes ac debiles certis urbano rum foederum vinculis, quæ virtutis & prudentiae ansis coherent, unum quasi magnum, validum, ac potentem hominem constituant, qui non tantum intra viuis oppidi muros domi, varia à teareat incommoda, sed procul etiam foris terra, marique dominatur.

Tales autem societates vel sunt vinis urbis, vel in alios quoque foris populos ex crescunt, qui certis paectorum legumque foederibus in vinis quasi imperii & Reipub. formam coauerunt: In qua sunt mutua & confederata hominum in diversis locis existentium auxilia. Quemadmodum enim qualitates diversæ bonam corporum constitutionem & sanitatem conseruant: Ita politica mixtura omnesque in una ciuitate, pro sua conditione in bono & commodo statu defendit. Cuius quidem politia harmonia & constitutione contingit, vt, cum aliis ad alia sint apti, ex multis consociatis ciuibus diversorumque consiliorum communicatione, quasi unus vir prudens formetur, & constituantur, qui viuerciam deinde societatem in unitate & concordia conseruant, in finem bonum gubernet & dirigat. Hoc Cicero lib. de Republica commemorat. Sicut in fidibus & tibiis ac cantu ipso ac vocibus, concentus quidam tenendum est ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione tamen concors efficitur & congruens; sic ex summis ac mediis, & infra missis interiectis ordinibus ut sonis moderata ratione ciuitatem concentu dissimillorum concinere; & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atque optimum omni in Republica vinculum incolumitatis, eamque pacto nullo sine iustitia esse posse.

Ex ciuilibus porro societatibus quas partim naturæ, partim necessitatis ratio, Deo ita ordinante, collectit, varia gubernationes, & distinctæ politiarum formæ, regna, imperia, nobilium, & primatum dignitates, populi & pleborum distinctiones sunt ortæ. Quædam enim Respub. prudentia & virtute vinis gubernatoris, Monarchæ vel Regis ad communem populi salutem reguntur. Quædam primorum & optimorum in ciuitate virorum simili prudentia fine gubernantur. Quædam populari imperio, legum & bonarum consuetudinum obseruatione moderato subsunt. Variae namque diversarum gentium & temporum conditiones, diversorum imperiorum rationes admittunt, quæ omnes certis legibus conseruentur, necesse est. Illæ enim salus & vineula urbium existunt.

Legitimum vius imperium, quod monarchæ & regium est, optimum communii iudicio iudicatur, quia viuico totius viuercis gubernatori corresponeat: Vnde diuinum censetur, quando, potentia cum modestia & pietate, hoc est, vera prudentia coniuncta, non permittit, vñcentia corruptat Monarcham, sed, ad bonum publicum, ut unus Deus, unus sol ciuibus prælucet. Hinc talis Monarcha Platoni, in Politicis, Deus aliquis humanus est.

Nec minus optimatum, paucorum nimirum imperium, existimatur illustre, cum plura beneficia subditæ à multorum, quam ab viuis prudentia expectare possint. (Nec enim temerè vulgo dicitur, plures oculos clarius videre, quam unum.) Ethoc minus tyrannidi, & mutationi obnoxium; Iuuentutem ad honestatis studia ardenter inuitat; Cum videant & intelligent iuuenes, in hoc optimatum imperio, solidam virtutem, rerum experientiam & prudentiam, aditum ad publicas dignitates parare, emi & comparari potestatem virtute. Honorum & gloriae cupiditas omnibus & maximè iis innata videtur, qui opibus aucti, aliqua experientia se ornatos iudicant, quorum in magna Republica multi inueniuntur, corum autem, si plures simul ad gubernacula urbium admittantur, paci, & tranquillitati publicæ bene consuletur. Ita enim pauciores ab honorum dignitatibus se excludi conquerentur.

Hæc autem optimatum Respublica quamdiu cupiditatibus suis priuatis non inseruit, optima ad ciuitatum conservationem censetur: ne vero, talibus subiaceret affectibus, Romani olim diligenter curârunt, qui patritum hominem curia iudicabant indignum, si ad decem vsque argenti libras diues esse voluisset, & dum cordatos & incorruptos tantum ad magistratus deligebant, non despiciabant pauperes, quos ab aratro per trahebant ad fasces, & illustrandi habitu seculari, illis fortasse ipsis, quas assumpti erant imperialibus togis madidum sudore puluerem detergerent. Tunc illi pauperes magistratus opulentam Rem publicam habebant, nunc diues potestas frequenter pauperem facit esse Rem publicam. Carthaginenses tamen fieri non posse crediderunt, ut is bene publica munera tractaret, qui inops est aut egenus. Melius dixissent: Fieri non posse, ut is bene magistratum gerat, qui avaritia laborat: egenus enim expleri potest, avarus nunquam.

Nec populare etiam imperium sua laude & elogio caret: Cum enim in eo, qui cæteris pares, ex populi præscripto, & lege omnibus probata, cuncta gubernent, & per eam ipsam gubernationem libertati ac commodo publico studendo, sibi ipsis, suisque & paribus vtilies existant; Tum, ex populi imperio, in quod ius suum, omnium consensione, tribus, societates, & confraternitates plebis transtulerunt, incolumitas ciuitatis dependet. In qua quidem gubernatione, si magistratus vitio aliquo corruptus aberret, certè corruptelæ, & imprudentia sua poenæ, in popularibus suis & ipse luit. Ita partim iuritus, partim popularis & in agnatos affectio, partim populi metus, tale imperium in officio conseruat.

Iam autem commemorata ciuilem imperiorum formæ, commoda interdum commixtione iunguntur

P R A E F A T I O.

guntur, ut ex duabus vel omnibus una fiat: Vnde non minus solidum imperii genus, quam ex prioribus separatim emergit. Dumenim optimatum potestas ad vius Regis, vel Monarcha gubernationem accedit, & venerabilis patritorum senatorum cœtus, prudentia, & consilio suo, ducem vel principem suum tetur; & cum eo simul de communione salute consultat. Certè vni & experientia edocit sumus, ciues libentius acceptare leges, & statuta ex multorum prudentia, quam ex viuis voluntate proleta. Quin & tutius sibi iudicant, patres, & patritios suos cum principe pro Reipublica salute conspirare, quia hac ratione omni periculo & mercu liberantur, ne summa potestas, vel in imprudentiam vel in tyrannidem degeneret. Nam absoluta viuis voluntas, qua aliorum prudentia non fulcitur, & regitur, in tyrannidem faciliter dilabitur. Quod D. Hieronymus considerasse videtur, quando Britanniam fertilem tyrannorum scribit, quia quot in ea insula ciuitates, tor etiam reges erant. Ut Iohannes Troinus, Lib. 1. de Britannie origine & antiquitatibus refert. Quin & Reges Monarchæ & Principes ipsi subditorum animos certiore amoris & obleruacionis vinculo, hoc gubernandi modo, quod consilio adhibito, instituti, sibi obstringunt, quando intelligunt, principem, Patritorum & Senatorum adhibito consilio, imperium suum cum Reipub. salubri tempestate miscere. Hac ratione, Titius, Vespasianus, Traianus, Adrianus, bonorum principum titulos, & elogia sunt consequuti, quia Senatus maiestatem conferuant, de publicis rebus ad patres conscriptos retulerunt. Hinc eleganter Plutarchus, Senatum, in viribus cordis locum obtinere scribit. Qui à senectute deducitur. Ut ille enim & nobilis est cœtus Senum, qui emerita vulgaribus officiis, ad consilium & regiminis officium transeunt, & in marcido corpore exercunt mentis vires, eò magis sapientia apti negotiis, quo ab appetitu sensuum minus grauantur, & in exercitiis corporis minus possunt. Quorum consilia, arma sunt, & hasta inuenem. Tyranni vero, Caligula, Nero, Maximus, qui bonos semper metuunt, Senatus auctoritate contempta, eruditio, & prudentia excellentes viros, Patritios, & Senatores occiderunt, ut turpitudinem suarum censoribus sublati, Rem pub. licentius supprimenter.

Sed & alia mixtura, aliam Reipub. formam parit, dum nobiles & optimates cum populo coniuncti, urbes & ciuitates gubernant. Et sic Senatus populi potestas æqualis existit & tam senatus consulta quam plebisita ad publicam tranquillitatem lata, seruantur.

Atque ista quidem diuersæ imperiorum formæ, ex urbiis & ciuitatibus societatum cœtu, inspirante Deo, prodierunt. Cum enim homo ad societatem & communem vitam, ob varias necessitates suas, quasi impellatur, Deus congregationum, in quibus verum colitur numen, amans, omnibus seculis prudentia & virtute illustres excitauit, qui humanos cœtus legum & religionis officio, in concordia retinendo, verum bonum in congregations & familias infunderent. Imò, has diuersorum imperiorum formas, ipsi naturæ & dispositioni humanae ab origine impressit: quod manifestum erit, si membra omnia exploremus, ex quibus perfectum Reipub. corpus consistit.

Plato, sex hominum genera, ad urbis perfectionem necessaria commemorat, Agricolæ, Opifices, Milites, Mercatores, Iudices, & rerum sacrarum ministros. Hæc autem Reipub. membra interioribus animi facultatibus accuratâ harmoniâ, correspondent. Ratio, sincere iudicando, cuncta dirigit, & iudicis munere, in domestica hominis repub. fungitur. Voluntas homini bene cupit, & quasi militari praesidio eam communit, omnesque ab ea iniurias propulsat. Mercatores, hominum genus avarum, quæstui operam natu- rans, necessaria community procurat, quibus proinde agricolæ atque opifices coniungimus, hi cupit, ditatibus & appetitionibus sensum correspondent. Mens denique cunctis animi facultatibus, velut regina & domina præst, quam Religioni tribuimus. Quæ merito sal & anima urbiis, & ciuitatum societatum dicuntur, quia in omni Reipub. primum est, rerum diuinorum curatio: Quarum obseruantia naturæ instinctu, humanos animos occupavit. Nulla enim natio, siue Græca, siue Latina, siue culta, siue barbara, vñquam inuenta est, qua vilam Reipub. formam, sine aliquius numinis & Religionis cultu instituit, & quæ non firmiter sibi persuasit, Religionis sua cultum à Deo aliquo proficiendi. Nulla, inquit Cicero, gens est tam fera, nulla tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum coelorum opinio. Omnes enim, ut idem actione v. in Verrem inquit religione mouentur, & Deos patrios, quos à maioribus accepérunt colendos diligenter, & retinendos arbitrantur. Numa Pompilius, per Religionem, ferocem populum Romanum compescuit. Apud Lacedamonios Licurgus, leges auctoritate munivit, cum, ab Apolline Delphico eas profetas diuulgaret. Minos, Cretensis suis à Ioue, Zeleucus, Locrensis suis à Minerua traditas. Mahomeres Alcorani præcepta per Gabrielem Archangelum coelitus delata, Turcis persuasit. Aristoteles Lib. Politicorum 7. cap. 8. hæc urbis necessaria recenset, Alimenta, artes, arma, ad publicos & priuatos vñs pecuniam, & quod ad Deorum cultum pertinet, quod sacerdotium, sacrificium, vocatur. Plutarchus aduersus Colorem scribit: Si terras omnes peragres, inuenire poteris urbem, muris, literis, regibus, domibus, opibus, numismate carentem, sed, quæ precibus, quæ iure iurando non vñtar, quæ non bonorum causa sacrificet, quæ non sacris mala auertere nitarur, nemo vidit. Apud Aegyptios Regis Magni, Magni sapientis, magnique sacerdotis personam vius sustinebat, nec licet cuipiam sine sacerdotio & religione imperare. Noē cum domestico suis ex mandato Domini, ad propagationem generis humani, & ad omnem plantandam instituendamque Rem prægrediens, à Religione, & cultu diuino, tanti operis sumpsit initium, statim enim adflicto altari, holocausta Deo offert. Ita & ad primas Christianorum ciuitates congregaciones stabilendas, Altaria eriguntur, & vel Metropolitanæ, vel Cathedrales constituant Ecclesiastica Cathedra, ex quibus per Religionem, Politiam stabilimentum, hoc est, veram iustitiam, primaria urbes percipiunt. Per quas deinde vicinæ prouinciae perpetuo vñonis & successionis nexus, per Religionis cultum, in veneratione vñi numinis confirmatae, quasi in Dei ciuitatem eleuantur, dum formam, spiritum, veram bonum, & unitatis doctrinam ab uno fonte, per pacis & unitatis alueum hauriunt.

Atque hæc quidem de tribus Reipub. bonis, & ritè institutis gubernandi formis, pro istius præstationis ratione dicta sufficiant. Sequitur, ut etiam trium vitiorum conditiones, simili breuitate explicemus.

P R A E F A T I O.

Monarchæ Regis, & vnius imperium, dum libertati, & publico subditorum bono studet, cum diuina ratione vniuersi gubernatione, magnam similitudinem habet. Ac verum consequitur finem, in quem à Deo Regum potestas est instituta, nimirum, vt iudicet populum, & pauperes populi in æquitate. Saluos faciat filios pauperum, & seruet eos innocuos, à remeritate, calumnia, & suppressione potentum. Psal. 71. Verum ubi gubernator hic vnicus, violenter subditis imperans, boni priuati, & cupiditatum suarum studio implicitur, & alii vitiis harpiacis affectionum harpias ac beluis stipatus, in urbium & politiarum theatrum procedens, cuncta libidine priuata, non æquitate & ratione definit; Dum populum tyrannorum tuorum potentia & voluntati permittit, quorum deinde pacula sunt pauperes veluti venat vleonum onagri in solitudine Eccl. 13. O infelicem, tali duce & tyranno, Rempub.

Similis gubernationis facies, & ciuium pressura existit, quando paucorum potestas, sine lege, sine virtute ac discretione, ambitiose imperans, cuncta ad priuata studia dirigit. Tunc simul multi tyranni, vnam rem pub. grauata, omniumque fortunis, velyt hydra, variis instructa fauibus, inhiant.

Popularis vero status, quando & is à vero bonæ gubernationis fine, qui libertas est, & bonum commune, in uitium declinat, tum & is valde noxius & periculosus, nō Rempub. sed perturbata confusio dici meretur. Quia effrenis, sine legibus, insolens, in licentiam labitur, omnem honestatem priuatus bonis, & cupiditatibus postponit, mobilis, inconstans, & quasi indomita procella seditionis turbine urbes perturbat, conuelliit & concutit. Non est iudicium, inquit Cicero, consilium, ratio, discretio in vulgo.

Porrò, vt internas animi facultates, diuersis politiarum formis, apta harmonia conuenire deduximus, ita vitiis hominis affectus, urbem male constitutam, non dissimili ratione representare inueniemus. Vbi enim rei tantum priuata studium, auaritia, vel munerum sitis, Regem vel magistratum inuadit, ibi statim his effectibus digni satellites admittuntur Ministerium præbent oculi & manus ad munera, & oculi geruntur in manibus ad artificiosem rapinam, ad enormes & illicitas exactiones, quæ ad inopiam adiungit plebem. Aures facilem, quia lucrosum præbent auditum, diuersarum gentium populis, vt in ciuilem societatem admissæ, in quilibet integratam, ritibus, & opinionibus, peregrinis inficiant. Ex quibus quidem principiis, animi regina, mens, in gubernatore, ita sensim intoxicator, vt parum admodum de primario urbis vinculo, quod est religio, & pietas, sollicita, licer vnam, pro confuetudine colat, qualecumque tamen alias irripere, sine cura permittat. Quarum professores, domestica consuetudine & serpentina calliditate, vt cancer, per multa communitatibus membra longius prolerentes, turbulentia negotia ipsi deinde magistrati mouent. Adeo, vt tandem vna cum ciuibus communis interitu, temeritatis, & imprudentiae sua poenas lauat, & male mulctetur. Nam vt eleganter apud Dionem Cassium, extat. In urbes noua numina introducentes, multos impellant ad mutationem rerum, Vnde commutations, seditiones, conciliabula existunt, res profecto minime conducibili Principatu,

Has autem Rempub. non bene constitutæ rationes, paulo explicatiæ, sed tamen breuiter deducemus. Statim post Noë tempora, primo humanæ propagationis initio, vitiata Chami prosapia in malæ Rempub. & tyrannidis ortu, yim & operationem suam exercere & ostendere coepit, quando Nembrodum, robustum ante faciem Dei sui venatorem & gigantem, in perniciem subditorum edidit, quos linguarum confusione dissipatos vidit, qui ex pietatis & iustitiae tramite, in tyrannidem & impietatem prolapsus, violentarum manuum potentia tantum confudit, vt iustos & vindices diuinæ maiestatis oculos non timens, homines tanquam feras, venator tractaret, cum venatorum genio, lucrum & voluptatem ex gubernationis & magistratus sui venatione captans. Imò ad tantam etiam impietatem deueniens vt ipsum Deum ex altis cœlorum sedibus, Babylonica turris adificatione deturbare, & diluui, vel similem diuinæ numinis vindictam, superare, conatur. Quod turbulenta oratione declarauit, quia apud Iosephum, extat, primo Iudaicarum Antiquitatum lib. cap. 4. Hic gigas est dictus, quia crudelis & ferox, ius omne in manibus, non in vera ratione constituens, vt venator, præda & voluptatis expectatione, magistratum adiit. Fit hoc nonnunquam ex iusta permissione diuina, vt ex cap. 14. Esaie constat, infernus, inquit, subter te conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes omnes principes terræ.

Tales scribit in Gigantomachia Beccanus, sunt omnes principes, magistratus & Reges qui in gubernatione sua ostendunt, non rationem se, & æquitatem sequi, sed libidinem suam, & animi perturbationes, ira, auaritia, dolore, vindicta, & aliis morbis à recto se abiri finentes qui non amplius reges, sed gigantes appellari merentur, eò, quod potentiam suam non ratione, sed manibus suis dimierantur. Sunt vero & sub ipsis regibus consiliarii non raro, qui prætextu iustitiae, regum manibus abutuntur, atque eas longè lateque, tanquam harpagonas extendunt, ad ea, volunt, domum suam conuerenda, atq; rapienda, ea que de causa merito gigantes nuncupandi, atque regibus, ac populo pestilentes, eò, quod horum culpa maxima frequenter imperia, summas perpetuantur calamitates, & nonnunquam etiam supremam euersionem.

De tali Urbium & terum publici, statu Saluianus Malsillensis, vir sanctus, inter multa alia sic scribit. Tūc, quid aliud est dignitas sublimium, quam proscriptio ciuitatum; Aut quid aliud superiorum præfectura, quam præda. Nulla siquidem maior paupercularum est depopulatio, quam talis potestas. Tunc honor à paucis emitur, & subditorum vastatione soluatur, Reddunt miseri dignitatum precia, quas non emunt, commercia nesciunt, & sciunt: Ut pauci illustrentur, subditi depauperantur, vnius honor multorum excidium est. Nam illud latronum an scelus, quia dignè cloqui possit, quod, cum Romana Rempub. vel iam mortua, vel certè extremum spiritum agens, in ea parte, quia adhuc viuere videbatur, tributorum vinculis, quasi prædonum manibus strangulata moriatur. Tunc plurimi proscribuntur à paucis, quibus exactio publica, peculiaris est præda, qui fiscalis debitos titulos faciunt quæstus esse priuatos. Tunc in municipiis, vicis, ac urbisbus quot sunt Curiales, tot sunt tyrañi qui exactionis publicæ nomen, in quæstus proprii emolumenta vertunt, & indictiones tributarias, prædas suas faciunt. Tunc decernunt potentes, quod solvant pauperes, decernit gratia diuitum, quod pendat turba miserorum. Atque hæc quidem Saluianus, haec tenus, qui etiam in tantam sequitiam Romanorum exactiones procedere asserit, vt multi subditorum, & non obscuris natibus editi, & liberaliter instituti, ad hostes configuant, ne persequitionis publicæ afflictione moriantur, quærentes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem

P R A E F A T I O.

tem ferre non possunt. Et quamuis ab iis, ad quos configuiunt, discrepant ritu, discrepant lingua, malunt tam in barbaris pati cultum dissimilem, quam in Romanis iustitiam facientem. Subditis sanè grauissimum est, auctore Platone, huiusmodi canes à pastoribus nutriti, auxilio futuros ad gregis custodiam, & eius saluti inuigilaturos, qui aut famis, aut prauæ cuiuspiam consuetudinis intemperantia, immaniter in gregem facient, ut lupi. Quemadmodum Tiberio, Dalamtarum dux Bato, desectionis causam suscitanti, respondit, cupam in ipsis Romanos deriuans, quod ad gregis custodiam, non canes, pastores fuc, sed lupos mitterent.

Alteram diximus inclinantis Reipub. causam, quando Princeps, ob considerationes & causas priuatas, in exteris & peregrinis gentibus, in cœtum suorum ciuium recipiendis, nimis est facilis, quorum mores, & religio non conueniunt, vnde mentium & animorum auersio nascitur, ex qua deinde turbæ & factio-nes emeruntur, quæ nunc maximè augentur, quando exteri in communione & societates ciuium admissi, indigenarum multos ad se pertrahunt, ad officia & dignitates aspirant, cœtus & congregations separatas, contra iuris dispositionem instituantur, & legitimo Magistratui negotia mouent, ut difficilius deinde ab instituto, vel loco pellantur, quā ante non admissi fuissent. Certè, constantes, & cordati in Reipubli- ciues, magnas ob causas talium cohabitationem improbat, vt, qui non ignorant noxias in Rempubl. mutationes, morū & vita corruptelas, per exterarū gentium cohabitationem, in vulgus, ad nouitates pro-pensum, introduci. Hinc, non sine causa Romani florente Repub. curarunt, vt, quas imperio, suæque potestati rationes subiecerint, illæ sermonem latinum in primis addiscerent, quo non tam ad propagatio-nem nominis Romani spectarunt, quam, vt hoc sermonis vinculo, in quo, ad societatem incundam, non minima vis est, ad unionem astringeretur. Lacedæmonii & Thebani, legibus Licurgi addicti, ciuitatis ius vrbisque usum peregrinis interdixerunt: eo qd; armis victos, ab omni sua Rep. tanquam alienos, arcebant. Habebantur enim illa ætate peregrini, versuti, rerum exploratores, infideles, & optimorum morum corrup-tiores, eo que eos, sicut & aduenas Spartæ, in suam vel ciuitatem, vel commercium non admittabant. Nec forebant discendentis suos ciues apud exteris, vel peregrinos vitam agere, idq; proposito capitis sup-plicio, ne conceptas & imbutas à peregrino versutias, & dolos malos, ac reliqua vicia, reuersi, in suas infun-denter ciuitates, & rectam disciplinæ veteris legem turpissimi moribus confusurarent.

Neg; vero Hospitalitatis decus & meritum in Rep. perit, qua quoddam à se exteris, vel inquietos etiam ciues, iusto delectu repellit. Ad honestatem quippe, & utilitatem Reip. ad Christianam etiam disciplinam pertinet, peregrinos, humana ope destitutos, christiana pietate iuware: sed eorum maxima habenda est ra-tio, quos in domum & ciuium tuorum societatem recipias, ne anguem, ne leonem ad tuam, & tuorum perniciem in sinu souendo, hospitalitatem in te, & in tuos crudellem & impiam exercetas. Cicero, libro 1. & 2. Officiorum hospitalitatem commendans, Valde inquit decorum, paterem domus illustrium hominū, sed illustribus & bonis hospitibus, & illis, qui nihil de alieno inquirunt, & minimè in aliena Rep. solliciti sunt, & curiosi.

Tertia verò, & ea quidem præsentissima ac valde contagiosa Rerum, ac, vrbium pestis est, non vna nu-minis, pietatis ratio, Religionis in uno Regno, intra vnius vrbis mœnia diuersitas, quæ, cum voluntatis, mentium, & animorum affectum in ciuium societate rumpat, hinc concordiam ciuilem turbat, dissociat, & dismembrat, vnde factio-nes, contraria plebis in una vrbis studia, legitimi magistratus contemptus, odiū, partesque diuersæ emergunt, quæ non tantum cum magistratus sui Religione, sed cum aliis quoq; in eadem ciuitate factioibus, sibi, & magistratu contrariis, & æquè nouis, nihil cupiunt capere commune. Quarum sermonibus, vsu, consuetudine, & contagio, incauta plebs decepta, ac in variis opiniones imprudenti zelo pertracta, non tantum Principis ac Magistratus sui, & conciuium Religionem, vt impiam & abominandā despicit, sed nouas, nouorum & diueriorum à se cœtum ac Religiones, vt falsas, contemnit. Et ita, dum singuli, suam, viuunt ac veram defendunt, tam infensis suarum partium studiis digladiantur, quod vnitatis & verae pietatis spiritu se destitutos, eo ipso, demonstrent. Turca in eo nobis Christianis prudentior, qui nullam de sua Religione disputationem publicè, vel priuatim admittit, Græcorum & Vngarum in Reli-gione dissidiis edocetus, quantam calamitatem eius diuersitas Regnis & ciuitatibus adferat. Quod nostra et-iā Germania infelix deplorat, & sentiet suo tempore, eodem contagio infecta Gallia. Per uitiosissimi cer-tè Reip. nostra Christianæ Gigantes, qui mendacibus & falsis opinionibus vrbium animam, mentes vide-licet ciuium oppugnando, insciunt, à Magistratu separant, ac tandem eò impellunt, vt imperitum ac mis-erum vulgus, velut Cyclopes, mentis ac rationis destitutus, arreptis armis, Potestatem, hoc est, Dei ordina-tionem, atque ita, Deum ipsum, quemadmodum Nembrodi Gigantes, oppugnet. Hinc seditionum formi-dabilis oritur belua, cuius pars vna deuorat alteram, donec florentes vrbes, Regna, & Imperia tandem cor-ruant, ac funditus pereant. Quod multis Asia, Africæ, & Euro pœ ciuitatibus euenisse, ex historiarum mo-numentis eruere placet: Vt discant vrbes, quæ nunc sunt potentes & amplæ, non in fortitudine sua, sed in Domino confidere, qui nisi eas custodierit, frustra omnes illorum conatus laborant, & frustra vigilant, qui eas custodiunt.

Vbi nunc EPHESVS, Asia totius Metropolis tam multis prophanarum & Ecclesiasticarum celebrata historiis? Vbi ANTIOCHIA nobilissima Syriæ vrbis, quæ Patriarcham, & sub illo decem & quatuor Metro-politanos habuit, D. Petrum Apostolum, Ignatium, Joannem Chrysostomum, multosque alios, celeberrimi nominis Episcopos. Et in qua prima Christiani nominis appellatio est orta? HIEROSOLYMAE, Palestinae Metropolis, quam exiguae nunc supersunt reliquæ, quam Deus politiæ legis veteris, & IESVS, salua-tor noster doctrina sua, & Apostolorum præsentia beavit: quam Plinius nobilissimam totius Orientis vrbem nuncupat. CARthaginis ruina, stupenda est memoria, quæ vniuersam penè Africam, suo continebat imperio. Nunc ranta vrbis solum camposque tantum conspicimus, vbi illa fuit. Haec autem vrbes hæc potissimum ob causam perierunt, quia ciues nouæ doctrinæ Pauli Samosateni, Nestorij, Arrij aurem præ-bentes, mutuis & domesticis dissidiis diuisi, in barbarorum potestatem peruererunt, quorum nunc seruitu-te premuntur.

Quin etiam complures aliae, non minus opulentæ, aliis ex causis, permittente Deo, funditus deletæ sunt
2
& euer-

P R A E F A T I O.

& eversæ. Hippacis Massiliorum Regiæ vrbes SIGA & TAMAE, à Romanis dirutæ, vbi olim sitæ fuerint nunc quasi ignoratur. Historiarum monumenta produnt trecentas ciuitates à Tyriis adificatas, quas Occanus Atlanticus alluebat quatum nunc paucæ in iis oris supersunt. Prouincia, Thesmena enumerabat quadraginta duas vrbes, quas omnes Iosephus Marochi Rex, solo æquauit. Cyrenensium Libiæ regio ad solitudinem prope est redacta, & CYRENE ipsa, in gentium Regum sedes nullibi appetet. In Aegypto desertæ sunt illæ Thebae quibus centum porregerant, ac singulis portis ducentie equites ad custodiam. Ita, vt illam tuerentur equitum viginti millia ad ipsas portas oberrantium. Iacent TANAI, HELIOPOLIS, BUBASTVS, celeberrimæ Regum ciuitates. Ipsa denique ALEXANDRIA nihil nunc hahet, nisi ruinas. MEROE Aethiopum Regia nullibi appetet, quæ, vt Plinius scribit, dabat armatorum ducenta quinquaginta millia, artificum quadraginta millia alebat. BABILONIS, SELEVCIÆ & NINI, quarum incredibilem magnitudinem omnes prædicant, leui tantum supersunt vestigia. TIRI, SIDONISQUE olim Respub. florentissimæ & potentissimæ, quæ Europam atque Africam Colonias repleuerunt: modo vix solum manet. Dirutum est SVSAN, cuius Regi Assuero, centum viginti septem Prouincia obediebant. Incensa est ab Alexandro PERSEPOLIS imperii Persici caput. Eversæ sunt etiam NICOMEDIA, Bithimorum, MAZARA Cappadocum. SARDIS Lidorum. SINOPÆ Ponticorum Regum magnificentissimæ sedes PERGAMVM Regia Attalicorum, quorum opes loco proverbiis fuerunt, nullo est loco. CYCLES quæ naibus quadringentis aduersus Mitridatem pugnauit, tribusque armentariis erat instruta, nullo nunc est gradu. Quid hic TROIAM commemorem, quæ velexcidio duntaxat suo nobilitata est? Quid CYMAS? Aeolum, Metropolim MILETVM? Quid COLOPHONA, quæ maritimis atque equestribus quondam copiis ita valebat, & à quibus illa stetisset, ab iisdem indubitate staret victoria? Quid SMIRNA, quam vocat Asia pulcherrimam Strabo? vbi nunc illa PHOCÆA Ionum ciuitas primaria, quæ adeò floruit, vt Adriæ Tythenia Iberiæque multis terras, Tartessum cœperit, Massiliam considerit, & alias alibi ciuitates, quod Herodotus & Strabo narrant.

Hem, quot & quantæ calamitates oppreserunt Prouinciarum Reginam Græciam, quantis illa ruinis obruta miserrime jacet, vbi nunc ORGHOMENOS, cuius opulentia locum fecit apud Homerum. MEGALOPOLIS, MEGARA ATHENÆ, SPARTA, CORINTHVS, ARGÍ, MICENIAE, THEBAE, quæ propè toti quondam Græcia imperitabant? ATGNOSVS Regia Menois, Cretæque Metropolis, ingens, vt ait Homerus, vnde illa Cycladas insulas, cunctas Græcia maritimas oras, Italiaeque, & Asia multas imperio continebat: quod Thucydides lib. 1. historiarum. Strabo & Herodotus narrant, modo est delecta.

Post urbem conditam dirutæ sunt in sola Italia supra vrbes trecentas, quarum aliquæ habitantium frequentia, adificiorum magnitudinea, & statuarum multitudine Romanæ non cesserunt, vt ARGYRIPA SIBARIS, CANSVIUM, CROTO, VELI, SPINA, AGYLLA, ALBA Romæ parens, & quædam vicina alia. Ex quarum ruinis, vnicæ Roma cresceret. VVLSINVM, potentissima Etruriæ vrbs, cuius tanta erat olim magnitudinea, vt duo millia statuarum inde sint Romanas asportata. Vnde Plinius lib. 3. 4. cap. 7. Zonaras, & Orof. lib. 4. c. 5. referunt, Romanis obiectum, non aliam fuisse causam, vt tantam exsiderent urbem, quæ ut statuis huiusmodi Romanam exornarent.

IN HISPANIA, de Boëtia, siue Andalusia tantum illud cōmemorabimus, quod cūm eius Prouincia caput Hispalis, expulsis Barbaris, à Ferdinando Rege, in fidem recipereatur, vrbib. & viciis à Plinio enumeratis centum pagorum millia in Hispalensi agro accessita fuerint, qui nunc pro maiore parte desolati sunt. Sed & perit ITALICENSIS, ab Italica nobilissima Romanorum, non tam ciuium, quæ Imperatorum Colonia, quæ ad sextum lapidem ab Hispali trans Betim sita, Antistite Gerontio Martyre Diuo tutelari venerabilis olim fuit. Dedit hæc Traianum, Hadrianum, & Theodosium, optimos, maximos, & Augustos rerum dominos. Vulgo HISPALIS VETVS appellata, vastissimis etiam ruinis vix dum superstibus, miserabili humanarum viciis studinum exemplo, eo magis dolendo, quod pulcherrimi & amplissimi amphitheatri moles, quæ disiecta superest, veteris magnitudinis & nobilitatis memoriam funestiore facit. Scribitur Tiburium Gracchum, subvertisse in Hispania trecentas vrbes. Quod ex Polybio narrat Strabo, & id, quanvis ipse derideat, libro Geographie 3. Florus tamen in Epitome ait, in Celtiberia sola dirutas vrbes à Tiberio centum quinquaginta: Illudque certum Troiano imperante à Romanis eversam nobilissimam Lemanorum vrbum Emporiumque, vt aliqui volunt, Norbæam præterea in Pompeianis, Illiturgium, Castulonem, Carthaginem veterem à Scipione Africano: Numantiam, Iberiam, Bilbilimque abi iisdem Romanis & Saguntum à Carthaginibus, præclarissimas ciuitates solo adæquatæ, aquæ refert post alios Ioannes Gerundensis, Paralipomenon lib. 1. cap. vlt.

Sed nunc in Germaniam descendamus & Galliam; TREVIRORVM AVGUSTA, omnium vrbium antiquissima est, & SOLITVRRA, quæ sorores & vicinæ à Glareano, & Osvaldo Molitore, illis Scholia, & aliis Panegiricis nuncupantur. Quia eodem tempore fundata, & quia inter illas nullæ erant aliae vrbes interpositæ. Sed Deus bone, quo nunc Trevorum magnitudinea concidit, rudera conspiciuntur maiora, quæ ciuium habitationes existant. Simili fato diminuta est TVNGRIS, BONNA, VETERA nunc Santen. Quorum tanta amplitudo fuit, vt attestante Tacito, duæ legiones in his commodè residere potuerint. Non hic commemorabo, quæ multæ Hunnicis, Francicis, Normannicis depopulationibus eversæ sunt, & delera. Perit GELDVBA, post Nouesium quatuor à Rheno miliaribus, insigni Romanorum clade famosa. Villæ saltem aliquæ Gelb nuncupatae supersunt, quæ antiquum vrbis nomen retinent. Perit ASCIBVRGV M vrbis magna, quam Tacitus à Germanis constructam asserit. Et itineraria inter Nouesium & vetera castra constituant. COLONIA TRAIANA, præclari nominis vrbis usque adeò delera est, vt nevestigium quidem supersit. Cuius situm inter Vetera & Vlpia inuenta ibi inscriptio prodit, M. P. M. id est, Miliare plus minus apud V. L. XX. Vlpia legionem trigesimam, quam, perhibente Dione, libro historiarum L. V. Traianus hic collocauit. BATAVODVRVM ad Mosæ & Vahalis confluentiam excisum est, sicut & ARMAMENTARIVM ROMANVM non procul inde in litore oceani: Batauis, Zelandis & Frisiais ingentes sàpè clades Oceanus infert, cuius immanitatem, magna partes, diuulsi ac

P R A E F A T I O.

his ac dissipatis aggeribus salo oppressæ latent. In Frisia cis Fleuum flumum STADA cum insigni templo asyli priuilegio donato à primo gentis satore, Frisone constructa, nunc maris eluione absorpta. Quin & hoc tempore, Staueria, & pleræque Frisiae vrbes, contra indomitum hoc elementum ægræ se tuerunt. BARDOVICVM, vna ex primis Saxonie vrribus, in vicum redacta, ex cuius ruinis Luneburgum & pleræque aliæ vicinæ creuerunt VVAGRIA, olim VVandalorum, qui VVagri dicebantur, vrbs primaria & populo-
sa, nunc raris habitatoribus vicus est. IVLINVM Pomeria quondam & totius Europæ post Constanti-
nopolim Emporium longè celeberrimum, nunc ita deletum est, vt campus sit, vbi Iulinum fuit VINETA
eiusdem Pomeraniae vrbs quondam amplissima, marinis oppressa fluctibus jaceret. Perit ARCONA, Rugia
quondam Metropolis. VISBVII Gothorum, NIDROSAE Noruegiae fracta est, & suppressa fortuna. In il-
la, legibus olim regebatur totius Oceani nauigatio. In hac Ecclesia erat marmorea S. Olao sacra stupenda
magnitudinis, peregrinationibus exterorū valde famosa. Scribit Tacitus lib. de Germanorum moribus,
suo tempore ad Rhenum & Danubium nullam fuisse aliquius nominis vrbum. Vitruvius de Hispania
tradit, vrbum structuras ex arundine, virgultis, & frondibus constituisse. Refert Iornandus lib. de rebus Ge-
ticis, Anglia Reges & incolas humiles inhabitas casas ex virgultis & luto contextas. Quod si nunc Taci-
to, Rheni & Danubii tractus describendus, Si Vitruvio, Hispania, Iornando Anglia perlustranda foret, &
eidem nunc Asia, Græciam, & Aegyptum desolatas ac præclaris destitutas vrribus videretur, Anne in ad-
mirationem maximam, imò ad stuporem adigerentur? Nobis religione Christiana imbutis papina sacra,
tantarum mutationum causam suggerit: Plena est ciuitas iniquitate, itaque adducam peñimos de genti-
bus, qui possidebunt domus eorum. In omnibus habitationibus vestris, domus vestre desertæ erunt, Ciui-
tates, quæ nunc habitantur, desolatae erunt, terraque deserta, & sceleris, quia ego Dominus. Et
Esaïæ cap. 17. Onus Damasci: Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut accersus lapidum in
ruina.

Hæc quidem à nobis longius repetita, vt ex tanta, tantarum vrbiu[m] euersione & interitu intellige-
mus, omnia, quæ in mundo videantur admiranda, fluctuant, ac instabili mutationi esse obnoxia. Nec quid-
quam sub sole perpetuum ac diuturnum inueniri. Atque tan[ta] admiranda vici studines, non vrbes tantum
& præclaras Respubl. quarum iam complures recensuimus, sed & integras prouincias, atq[ue] adeo late paten-
tia imperia, regna, & familias, multa temporis diu[n]turnitate attriuerunt, & extinxerunt. Quin etiam norabi-
les mundi parres, miras alterationes frequenter patiuntur. Scribit Aristoteles lib. 1. Metereologicorum,
Interioris telluris partes, perinde, vt animantium plantarumque corpora, iuuenture & senectu[m] em suam
habere. Possim, inquit, Laetantius enumerare, quoties repentinis quassâ motibus vel hiauerint terre vel
descenderint in abruptum, quoties dimersæ fluctibus & vrbes, & infulæ abierint in profundum, frugiferos
campos, paludes inundauerint, flumina & stagna siccauerint: montes etiam, vel deciderint abrupti, vel pla-
nis fuerint adæquati: plurimas etiam regiones, & multorum fundamenta montium, latens & internus in-
itus ignis consumit. Hanc in mundo mutationem & vicissitudinem Aristoteles, Laetantius, Seneca, Ouidius,
ante multa facula accuratè obseruarunt. Omnia, inquit Seneca, tempus edax depascitur, omnia car-
pit, omnia sedem mouet, nil finit esse diu. Flumina deficiunt profugum mare littora siccata. Subsidunt mon-
tes & iuga celsa ruunt. Ouidius, vidi, ego, inquit, quod fuerat quondam solidissima tellus. Esse fretum, vidi
factas ex æquore terras. Et procul à pelago conchæ iacuente marina: Et vetus inuenta est in montibus ancho-
ra summis: Quodque fuit campus, vallem, decursus aquarum fecit, & illuix, mens es deductus in æquor,
Acque paludo siccis humus aret arenis, Quaque sitim tulerant, stagnata paludibus hument. Anglia Gal-
lia quondam adhæsit. Sicilia Italæ, Gades Hispanie, Norstrandia Borealis insula, quam Crantius Fri-
siam Aquilonarem vocat, cum Thietmarsia olim pars continens fuit, nunc insula sunt, à continentia a-
nullæ. Flumina alueum & solitum cursum immutaran. Florentia quondam imperia interierunt. Aegyptij
& Persæ, orbis quondam gubernacula tenuerunt. Babylonicum & Assyriorum Imperium celebre fuit, Mace-
donicum & Carthaginense similiter: quæ & Romanis terrori quondam fuerunt. Sed corrueunt hæc
omnia & in nihilum redacta iacent: Atque tales quidem, & tam horribiles conuersiones, vt infinitam
Dei potentiam, ita, humanae sortis incertitudinem patefaciunt, & mortales huius mundi incolas monent,
vt, cum nihil perpetuum ac stabile, sed omnia caduca, variis fortunæ casibus, & interitui obnoxia cognoscant,
cogitationes suas, studia, animum & mentem, quæ re nulla creati satiari potest, ad sublimia & fem-
pietaria bona eleuent, ad solum Deum anhelent. In cuius manu sunt omnia iura regnum, & omnes fines
constitunt.

Et hac quidem ratione, Regna, Vrbes, & Respublica manus & labores suos perferunt, fatum que suum,
hoc est, ruinam & interitum consequuntur. L. Florus populi Romani & Vrbis Romæ quatuor ponit æ-
tates, infantiam tribuit gubernationi Regum, crescentem verò & adulam, consulibus. Vt enim homi-
num ætates annorum accessione mutantur: Ira ciuilibus societatis florentem, maturam, & senecen-
tem ætatem, scriptores alii cum L. Floro attribuunt, senilem, & decrepitam, fatalē vrbiu[m] euersionem
nuncupantes. Ego iustitiam & vindictam diuinam dixerim, quam non fatali, & alieno aliquo casu, sed pro-
pria culpa vrbes sentiunt. Fatetur id Cicero, qui Romanam ruinam Africanum ita & lamentantem intro-
ducit. Nostra, inquit, ætas cum Rempubl. sicut picturam accepisset egregiam, sed evanescensem verustate,
non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id quidem curauit, vt formam
tantum eius, & extrema tanquam lineamenta seruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus
ille dixit stare rem Romanam, quo sit obliuionis obsoletos videmus, vt non modo non colantur, sed et-
iam ignorantur? Nam de virtutis quid dicamus? mores enim ipsi perierunt virorum penuria: Cuius tanti ma-
li non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitum quodammodo dicenda causa est. Nostris
enim viitiis, non casu aliquo Rempublicam verbo retinemus, re ipia verò iam pridem amisimus. Hæc quidem
Cicero, qui si doctrinam Christianam gustasset, qua nos, per misericordiam Dei imbuti sumus, Anne,
cum Syrach dixisset, Regnum à gente in gentem propter tyrannidem, iniurias, & alia principum ac po-
puli delicta transferri. Et cum Sapiente, Proverb. 14. Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos
peccatum.

P R A E F A T I O.

Deus iusto suo iudicio, causas quandoq; permittit, ob quas vrbes, communitates, & regna, vel domesticas, vel externis bellorum procellis, per afflictionem & paupertatem, ad veram erratorum cognitionem, & depravatae vita immutationem adigantur. Scribunt & conqueruntur Medici, nouos subinde morbos humana corpora molestare, qui ab Auerroc, Aucenna Galeno, Hipocrate noti & explicati nunquā fuerunt, ita, vt noua sint exco gitanda remedia, quæ his curandis adhibeant. Consimili modo regnorum, Rerum publicarum & Vrbium corpora, nouarum & incognitarum factiōnum virus, infelici fato frequenter occupat, quorum ne nomina quidem intelligi, & explicari queunt. Meminit Meierus in Flandriæ Annalibus BRIGANDORVM, Prædones fuerunt, qui vñque adeo in Normandia inualuerant, vt licet vno anno decem milia ab Anglis suppicio affecti fuerint, tamen ista fece Regio minime purgari potuerit. Meminit Lessius in descriptione Scotiæ FACTORVM, qui vniuersam Scotiam diris modis vexabant. BOAGANDOS Saluianus recenset, non quidem seditiones, sed, quos cruentorum iudicium tyrannis, ob crebras & intolerabiles exactiōes, & seruitutem quavis morte duriorem, criminosos fecerat, vt abs Romanis ad hostes barbaros desicerent. Meminit BRABAINTIONUM Annonius, qui in Gallia summæ crudelitatis tyrannide exercabant. Hæc autem graffitorum genera, quare talia fortita sint nomina, nemo haec tenus explicavit. Circa initium imperij Valentiniiani iunioris BAGADARVM factio Gallias affixit, Battoneduce, rusticis seruisque grauitatibus tumultuantibus. GVELFI & GIBELLINI, quas strages in orbe Christiano ediderint, nemo ferè nescit: qua verò de causa sint ita nominati, non facile expediueris, nisi dubias coniecturas pro veris principijs velis haberi. Bceanus insuis Atuaticis difficillimum, inquit in factiōibus nominum causas inuenire. Quoties his annis proximis, quibus factiōes primū in Francia, deinde apud nos in Brabantia ortæ sunt, ingenti publica tranquillitatis damno, &, extremo fortassis, ni Deus auertat, exitio christianitatis; disputationum meminimus, qua causa illa HGENTOARVM, hæ GEVSIORVM accepert nomenclaturam. Etenim ciuistodi absurdas voces, semper ingens aliquod malum portendere iudico: quod Romani etiam crediderunt, dum boni nominis cum esse vellent, quem primum militia adscriberent.

Multa de Repub. & Vrbe benè instituenda à summis & præstantibus viris prudenter sunt excogitata, & ad posteritatē doctissimis scriptis transmissa, quorum commentaria & politica præcepta multi ex Magistratu libenter legunt & amplectuntur, & tamen optatam bona Recip. formam aſſequi nequeunt, sed cum dolore & gemitu quandoque tolerare coguntur, quod non optima confilia vrbibus suis præualeant, quæ publican ciuilis societas pacem perturbant. Quo quidem ipso monemur, vt non nobis, & humanae tantum prudentiæ, sed diuini nominis gloriae omnime bona gubernationis honorem adscribamus. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Quod veteres sibi firmiter persuasisse, multis argumentis ostenderunt: quando vallorum & mœniorum potentia, quibus arcis & oppida valde cinxerant, minimè confidentes, numina quedam diuina, & tutelares diuos colebant, quibus aras & templa erigebant, vota, preces, thura pro communitatē consuetudine offerebant. In vrbibus Priapum colebant, Palladem, Mineruam, Iunonem, Opem, Mercurium, & summum Deorum Iouem: In Arcium & turrium munitionibus Martem: Prouincias autem & populos, nūc Herculi, nūc Marti certa religione, & opinione numinis committebant. Vrbes & ciuiles congregatiōes, per generationis successionem conseruari videbant, ideo in honore & veneratione habuerunt Priatum, Iunonem, & Opem: Illam à iuuando, hanc Opem & Opigenam, quid implorata partum iuuaret. Apollini verò, Mineruæ, & Palladi, Magnos attribuerunt honores, quod hæc eas, quas condidit vrbes, prudentia, & bona administratione gubernaret: Quia multitudine, nisi prudentia, & vera sapientia dirigatur, diu subsistere nequit. Pallas enim, cum Troiam fuisse egressa, subduco Palladio, cum Ilium in hostium potestatem deuenit.

Marti, in montibus & editioribus locis, in portis & munitionibus constitutis aris, sacrificarunt, eò quod is, furiosus murorum euersor, censeretur placandus, ne ciuibis obesseret, & exitio sam potētiam suam in eos exerceret. Et quia Germani, gens Martia, ferox ac potens, armis semper assueta, hinc litium & bellorum numen, Martem, vt plurimū coluerunt, quemadmodum Tacitus, & Plinius referunt. In Hassia, Marpurgū, cum arce, præcello in loco posita, vrbis nobilis, à Marte denominatur. Itaque Georgius Sabinus, in suo Hodæporico eam scribit, Mauortis nomen habente Luneburgi, in magnifica Saxonie vrbē, Iuliani in celeberrimo quondam Pomeraniae emporio, in editiore colle Martis delubrum fuit. In Ducatu Slesvicensi extra Flensburgum, supra montem integrum adhuc cernitur Martis delubrum forma rotunda, Nunc D. Michaelis Sacellum dicitur. Apud Treuiros manet adhuc vetus appellatio montium, inter quos, tanquam gemmas speculas, Augusta Treuiorum sita est, vt ab exortu solis imminentia iuga, mons Martis, ab Occasu mons Apollinis, eiusque pedi appositus vicus, etiam nunc Apollinis vocatur. Et porta, qua nunc Simeonis est, olim Marti sacra fuit, per quam ad bella processuri, exibant, & ad campum Martis (planiciem huic monti & porte vicinam) exibant, in quo tyrones ad Martis exercitia eruditabantur. In Sicambriis, haud procul à Teutoburgensi saltu oppidum est veteribus, Marti sacrum, Martis lacus, nunc Dinckslaken vulgo dicatum. Nam dingen, litigare significat, quod Marti proprium est: Ut etiam fure & insanire, quia ferorem, ferociissimo Deorum Marti, tribuunt, quo exandescens animus ad iram, imò, ad furorem ac rabiem, Marti, hoc est, cruento vultu, propellitur. Vnde etiam cruentum, amentemque Deum Martem nuncupant. Hinc, quædam Germaniæ loca olim Marti sacra, à furore ac rabie Martis Tolliates, post, à Germanis Dollendorff, sunt nuncupata. Vt iuxta Bonnam prima Legionis sedem, pagus est, Marti sacer, Dollendorff Paulò vtertius in Eifflia Tolliates sunt populi, Dominum est, cui vicus adiacet, cum veteri arce, Dollendorff. Quam quidem appellationis causam, furiosum Martem dedisse nuper ibi per doctissimum virum Crisantum Bosium inuenta inscriptio arguit, quæ talis est.

MARTI ET GENIO TOLLIATIVM CLAVDIUS VERINVS
AD PERPETVAM VTTELAM AEDIS TOLLIATIB. DEDIT
XCL. QVAM AEDEM L. MARCIUS SIMILIS DE SVO PONIT.

Martem Deum tutelarum Romanis fuisse, cum Ioue & Vesta, M. VVelerus in commentariis antiquis Augustæ Vindelicorum tradit. Et Cicero lib. de natura Deorum, Martis, inquit, templum duo, vnum
Quirini

P R A E F A T I O.

Quirini intra urbem, prope portam, quasi custodis, & tranquilli. Alterum in Appia via extra urbē, quasi bellatoris & gradui. Hinc in prouincijs, & Romanorum colonijs, quæ Vrbis religionem, & mores imitabantur, Martem, eadem veneratione cultum fuisse, & pro Deo tutelari habitum, complura antiquitatis documenta testantur. Quale est illud in M. VVelsi antiquitatibus.

IN H. DD. D E O M A R T I . E T V I C T O R I A E C O N T V B E R N I V M.
M A R T I C V L T O R V M P O S V E R V T V . S. LL. M.

Cimbri, in AT VATIC O suo, nunc Antuerpia, extra arcem, templum Marti consecrarunt, ea parte, qua Nerviorum, Eboronum, & reliquorum Belgarum imperium maximè respicit, Romani Fanæ, primam Legionem Martis numine, turam & munitam cupientes, in Porta, quæ Vbi os respiciebat, & nunc Coloniensis dicitur, sacra Marti Militari fecerunt. Quemadmodum ex antiquissimâ inscriptione & in loco, per excellentissimum virum Jacobum Campium Collegiatæ Bonnensis Ecclesiæ Decanum longè dignissimum nunc vero Protonotarium & Consiliarium Moguntinum inuenta, & in historico gratiam detecta, manifestè conflat: Quæ talis est.

I. N. H. DD.

P R O. S A L V T E. I M P P.
D I O C L E T I A N I. E T. M A X I-
M I A N I. A V G. C O N S T A N T I.
E T. M A X I M I A N I. N O B.
C A E S S. T E M P L V M. M A R T I S.
M I L I T A R I S. V E T V S T A T E. C O-
L A P S V M. A V R. S I N T V S. P R A E-
F E C. I M. S. A. S O L O. R E S T I-
T V I T. D I E. X X I I. M. O C.
T V S C O. E T. A N V L I N O. C O S.

Agrippina Colonia Fanum habuit, & Martis Aram supra portam Rhenanam ad ortum. Vnde hoc etiam tempore, is vicus, ad Martis portam, vulgo Martporus vocatur. Ad quam quidem Agrippinensem Martis Aram, Alius Vitellius pugionem Roma ex voto transmisit, quo se Otho Sylus Imperatore transfoderat. Apud Romanos namque more receptum erat, ut Magnatum gladios Diis suis tutelaribus ac potissimum Marti dedicarent. Refert in Vitellio Suetonius, cum Imperator designaretur, Diu iulij gladium delubro Marti detractum, prima gratulatione, oblatum, quod in Agrippina Colonia factum existimo. Ita Scenius, qui in coniuratione contra Nerōnem præcipuus erat, pugionem templo Salutis in Hetruria Fortunæ detractum, veluti magni operis sacram gerabat.

L. XXX. VV. Hoc est, Legio trigesima vlpia vietrix, quæ ad vetera, nunc Santem ex dispositione Traiani Imperatoris resedit, Martis habuit celebre Fanum, Quod portæ & plateæ eodem Oppido, hoc etiam tempore nomen reliquit. Cuiusquidam votiuam inscriptionem, ad portam Santensem inuentā, Stephanus Pigius, in Hercule suo Prodigio, talem designet.

M A R T I.
S A C R V M.
E X. V I S V.
S E C V N D I N L.
V S M A R T I V S.
L A. L. P.

Quemadmodum autem Martem urbium, Legionum, ac Portarum, Ita Herculem Regionum defensorem, ac limitum custodem Veteres constituerunt. Cui proinde Regionum sunt dedicata vestibula. Hinc in Gadibus ad vycst Capellam Zelandiæ, & in Frisijs, Hercules limitaneus colebatur, vbique finium Oceanii limites constituebantur. In quorum custodia & defensione prudentia, & fortitudine maximè opus est, que amba virtutes Herculi adscribēbantur, Sed de Limitaneo isto Hercule plura vide quinto, huius operis folio, vbi Gades occidua desribuntur.

Etdemum, vrbes & communites, vt vniuersum Deorum cœtum propitium sibi, & clementem habent, Pantheon multis simulachris conspicuum erexerunt, & Mercurio statuas sacraque fecerunt, qui ut Planetarum est medius, ita ipsum Mediatorem & intercessorem inter Deos, Deasq; elegerunt. Certè, memorabile est quod de ferrea Mercurij imagine legitur, inter res stupendas, Galbam Viatorum Lucino Sophista retulisse, Treuiri, Galliæ nobili ciuitate, viam sibi ferream effigiem Mercurij volantis magni ponderis in aere pendente, magnetis vi, supra in fornice templi, atque infra in paumento ferrum medium æqualiter attrahente.

Atque hic quidem superstitionis ac falsorum deorum cultus, ex falsa infidelium religione originem traxit, quæ, quando aura diuina gratiæ adspirante, per veræ Religionis & iustitiae solem in vniuersi ac viuentis Dei cultū est immutata (quod temporibus Constantini magni accidit, cuius editio, Deorum aræ subuersæ, templa clausa & Di in priuatorum ac diuitium ædes sunt relegati.) Tunc aræ in quibus Diis ignotis sacra siebant, in veri Dei cultum sunt immutatae, & amoris falsorum Deorum simulachris aræ & templa vni, trinoq; Deo consecrata, varijs deinde amicorum Dei, hoc est, beatorum nominibus sunt intitulata. Eum planè ad modum, quo omnes Christiani, per Sacramentum Baptismi, vni ac vero Deo consecrati, templa sunt Dei viuentis, sed diuersa nomina sortiuntur. Quemadmodum igitur olim extra vrbes, in portis & editoribus locis, Martem, ut vrbis, & communitatis protectorem, infideles colebant, qui in prælijs, & bellorum expeditiōibus ipsis opitulatetur. Ita, Maiores nostri, primi Christiani, impium Martis cultum detestantes, eius aras Deo vero ac viuo consecrantes. D. Michaelis memoriae & tutelæ attribuerunt. Qui, ut olim à Deo, Danieli atsignatus est Hebraeorum Ecclesiæ defensor, ita militans Christianorum Ecclesiæ aciem, & fluctuantem exercitum, ut Archistrategus dux, & Praefectus, per gratiam Dei rueretur, atque defendiceret. Multarum urbium Christiana ac pia consuetudine ita obseruatum, confirmari potest.

De Martis delubro in Ducatu Slevvicensi, Luneburgi, & Iulini diximus, ubique; S. Michaelis est substituta Ecclesia. Antuerpiæ, templum Martis in S. Michaelis honorem conuersum, prima pastoribus populi sedes fuit. Nunc magnifica est. S. Michaelis ordinis Præmonstratenium Abbatia Martis etiam delubrum in monte fuit extra Leodium, Vbi nunc est S. Egidij Canonicorum Regularium Abbatia, D. Michaelis memoria Ecclesia celebris. Nota est S. Michaelis historia in monte Gorgano. Bononia memoria S. Michaelis in Bosco, in Pedamonte, eiusdem Archangeli phanum excuso in monte Abbatia nobilis illustre. In Dalmatia, ad famosum Clissa propugnaculum arcemque inuiditam, in altissima rupe S. Michaelis Archangeli celebre oratorium existit. In nostra Coloniensi vicinia, Monasterij Eiffia in altissimo monte, olim Marti sacro, nunc D. Michaeli facillum perantiquum conspicitur. Quin & Bonna, vbi Mars Militaris templi antiquitus habuit. Quod Aurelius Sintus Praefectus, Anno ab urbe condita, 1047. A Christo nato, 297. impensis suis restaurauit, ibi nunc Monasterium, & sacrum nobilium Virginum Collegium extat, D. Michaelem & in apice Ecclesiam, & in aditu templi, vt tutelarem Diuum, & protectorem loci effigiatum exhibens, A quo vallis Angelorum nuncupatur.

Sed ipsam Agrippinam Coloniam patriam nobis longè charissimam ingrediamur; ubi, quod supra portam Rhenanam Marti consecratum commemorauimus phanum, in oratorium D. Michaelis, auctorum pietate, mutatum fuit. Quod nunc, necessitate ita postulante Magistratus auctoritate est amotum, & ad antiquitatis conseruandam memoriam, duæ constitutæ sunt statuæ, quarum altera Martem, altera S. Michaelem Archangelum repræsentat, cum tali inscriptione.

A Edibus his Phano Martis celeberrima porta
Astitit hanc urbis struxit Agrippa parens.
Addidit, illustres aras ubi turas ferebant
Bellorum & stabant fixa trophya Dijis.
Hic gladius magni fuerat suspensus Iuli,
Sylvius & quo se foderat ensis Otho.

Porta Michaeli Christo regnante, dicatur
Sanguinei Martis cum simulachra labant.
Ab obscurâ fuit moles & insulâ urbi:
Translatâ igitur sit via plana sacris
Vt nam Mauoris sunt diruit a mania Portæ
Dexterâ sic Vrbem seruet ab hoste Dei.

Hanc tutelarem D. Michaelis memoriam Coloniensibus imprimis gratam fuisse, hinc facile constat, quia in diuersis editioribus locis insignita tanti patroni nomine oratoria auorum pietas instituit. Ut in altera Urbis antiquæ porta, versus meridiem ad S. Cecilię Monasterium vbi editiore in loco, S. Michaelis celebre oratorium & cœnobium existit, prout etiam in aliarum nostrarum Ecclesiarum turribus, portis & testudinibus. Quin & primi suminæ & Metropolitanæ ædis fundatores tantæ molis fastigium S. Michaelis Sacello, tanquam colophono claudere, & vitramque campanariam turrim in apice, tanti condecoratis oratorio coniungere statuerunt. Quemadmodum ignographica istius fabricæ sacræ delineatio, hoc ipsum artificiosè demonstrat.

Det Christianorum ciuitatibus, per misericordiam suam Dominus, ut horrendi draconis conatus, quibus alma pacis, & concordia decus ipsis eripere statuit, S. Michaelis, omniumque angelorum tutela, per fortitudinem Dei frangantur; Ne verus & vnicus in celo Jupiter, commerita in eos fulmina vibrare cogatur. Sed Herculis clavae Palladis, & Mineruæ consilia iungant quod sapientiam diuinam cuncta suauiter disponentem in omnibus gubernationis sua actionibus sequantur, quod haec ratione Pallade, quæ de Louis cerebro, hoc est, à vero Deo sincera pietas, & sapientia nata censem, coletres, ab uno, trinoque Deo vrbium suarum protectionem consequantur, ut ciuium suorum mentes, à noxijs opinionibus liberas, non mœniorum tantum fortitudine, sed & animorum consensione stabiles firmasq; conterent. Et sic tandem, ex hac terrena, in ciuitatem æternam à Deo prædestinatam, in Hierusalem coelestem & supernorum ciuium congregationem commigrent, cuius muri ex lapidibus pretiosis, porta ex margaritis optimis plateæ ex auro purissimo, in quibus Deus noster regnat. Vbi concives nostri angeli & beatorum spiritus, quorū cohabitatio perpetua letantium est exultatio, vbi summa pax, quies & tranquillitas, vbi nullus labor nullus dolor, nulla paupertas, nec senectus, nec vila rors, nec nox, nullum ibi cibi desiderium, nullum sitis incendium, sed cibus & potus omnium Christi & sanctæ Trinitatis visio erit & diuinitatis puro cordis oculo contemplatio, & assidue affectio, vt ita dicam libri vita, id est, æternæ veritatis, & summa sapientie, & verbi Dei, quod est Iesu Christi visio. Ad quam nos perducere dignetur vñica spes & exspectatio nostra. Iesus Christus,
qui viuit & regnat Deus, in æterna
secula, Amen.

GVILHELMVS SALSMANNVS
GEORGIO BRAVNIO VRBI V
THEATRVM ADORNANTI.

BRAVNI, carmen eris magnum
mibi, carminis heres
Maonij: te Minicada praeconia
Vatis,
Maximate decet ingenij vis max-
ma Venat.
Qua minor est mihi quam medio-
cris vena fauore,
Parua, rigata tuo, en, sinuoso volvitur estu.
Tempas erat, mecum nosti, mihi nosse voluptas,
Cum primum Latios imitarer voc lepores,
Neloris audiens cum te puer ore loquentem
Admirans facundi oris mirabile flumen.
At quatenus verbis tum maxima pondera rerum
Te vidi simul obsequiū sc̄ uilis hora
Qualibet insigni glomerabat fænore pensum.
Non etenim herebas, precium non viles sinebas
Temporis esse tui, sed erat preciosius auro;
Vnde tua interitum non unquam Musa veretur.
Concedat scriptis genium per temporis omnem
Circuitum nouafama tuis, & grata vetustas.
Qui modo clarus, eris post funera maior, ut aruo
Mandatum semper globis ubi putruit actis,
Conce tua virtute reddit natibus agris.
Fænre centeno gratum locupletat arantes.
Cratulor, in grauidis libris, tua gloria vivit,
In grauida queru vixit, que herobus olim
Caudice de sancto Louis hinc ab origine prisca
Codex eductus, BRAVNUS tua dona recludit.
Scriptorem celebrant te magna volumina magnum.
E tempis suspensa veluti domibique trophya
Signabant olim tabulis praefantia facta;
Aque hac semidecim post fatum erat altera vita:
Cerno tuas BRAVNUS tabulis diuertitis ere
Hocopus, & validum magis atque siquid habebit,
Dum sol exoritur, dum splendent cornua Lune.
Tu monstras orbem, reddit orbita crebra laboris,
Tum monstras urbes, urbana negotia rerum:
Orbis te monstrat, monstraris ab orbibus, unde
Laudas, sternum crescentis laudaberis inde.
Qui sis parer, & ad dicitis assurgitur omni
Iure tibi spatio quantos anteire reliquo
Scriptores valeas, testis res ipsa, fidesque
Congrua non ornas numerum fulsummodo scriptor,
Auges & meritum, meritoque adscriberis astris.
Hoc aliquid caleste quidem mihi credere fas est
Quod solers natura ardor miracula rerum
Nos penetrare facit tandemque insister fixis
Sideribus calum mens ut cognita renierat.
Conditor hoc orbis, terrarum magne theatrum
BRAVNUS magne facis, calamus cuit tantus, ut orbem
Ut que urbes orbis mensures linea quanta,
Oppida que mundi simul omnia colligunt uno
Ductu ne mirum sit cuiquam linea tantu est,
Quam trahit una dies omnisque irruptaque semper
Artificum tibi docta manus, tibi ferunt Apellis
Linea, viuuros semper dimensa colores
Fuluos celator iussus conferre labores,
Ad tua verba studet formas inducere pictis
Vrbibus, atque sicut omniparentis ab are
Reddit, delicias oculis offundit amaras,
Quodque operis videt effictum variantibus, ipsum
Hoc præsens verumque putat par copia laudis
Est decor, est pretium precijs redimendaque nullis

Virtus ingenij veris expressa figura.
Vrbis imago quota est urbis te spirat imago
Tota, tibi toties effingeret are Colossum
Cius Eritbreis ornato vertice gemmis
Virtutis decora hac latuerunt, lumine Solis
Concomitante modo perstringunt vnde mundum;
Huius mirantem se clausum mole theatrum,
Qui tuus es, BRAVNUS, labor & tua gloria fulgens.
Sic quod principio quasi parturit umbra Lycti,
Effundit Phœbus radis imitantibus astra.
Quamvis te tantus labor induersa trahebat
Magne virum, tamen haud vires subduxit amicas;
Nec tibi diminuit vitalen in corpore succum:
Quippe viges Phœbi seruans cum luce issuuntam,
At etatem studijs fallens & stamina Parca.
Divisa fortuna suis bona fortis alumnis
Singula, te faciunt eadem collecta beatum.
Conciliant multis vita felicia labem,
Sed nil dexter a fors animo tibi detrabit aquo
Quin addit potius generosa modestia cultum
Cultibus eximijs: ita sunt felicia vita
Fatatne, sed quis Rhamnuja nulla flagellis
A tergo sequitur fasto scrimino vitrix.
Nam Musa tecum faciunt & casius Apollo
Innocuos sine labore dies euoluere suadet.
Cur a veteribus odis studia Minerue,
Omnia sed facit, ut sensu discriminat acrib
Virtutum miles, vita ne fluctuat ordo.
In sece ing, suo subpena lance tuerit
Mores, ambiguum casu disquirit in omni;
Hincres ampliati culpam non afficit ullam
Nec securis opes, nec opum discrimina sentis.
Ocius tutus agit que porro negotia dicas.
Felix illa quiete, non apieate quieta,
Palladioque foro, atque choro, striguntque Camæne.
Dum iudant alijs ubi iniquo pondere fulsi
Platonis, vinculaque abdant crudelibus aurum
Infelix vetitis dum intendunt lisibus cuum
Contenti jolum vita ignobilis umbra;
Aut quam morte magis crudellem dicere vitam
Fas est dum Venetum, atque inconcessos hymenaoſ,
Sacri homines, intra polluta cubilia tractant;
Dum viros obeunt inter spectacula crebri &
Turbarum sonitus, inter studia impia vulgi,
BRAVNUS intendit curu fruientia sanctis
Pectora, surrectos leuat hinc ad sidera vultus,
Signaque dat Christi verum spirantia amorem.
Poeta succedunt alecmana negotia sacris.
Consulti in commune bonum, hac ad munia quamvis
Haud prouis, conuicit cum tamen ardua moles
Offici, facilemque parat deuota voluntas:
Quod reliquum se quid reliquit, tamen esse necessum
Demonstras operum tantum immortalibus ausis
Adiicitur libris, hic est post serial ludus.

India

Inedia cum accedit soli supposita cadenti,
 Finesque Antipodum & sine limite peruvia tellus:
 Huc labor applicuit finem tuis, huc tua profert
 Scripta simul tecum victura perennis in eum.
 Semit aquae solis luna qui cursus is idem
 Musarum, BRAVNI, est post secula multa tuarum.
 Cum Musis hyberna tuis astinaque degis;
 Hoc Ver Autumnusque tuis, Vertumnus is idem?
 Hoc exercitum seruent moremque beatum,
 O virtutem plures, pauci quos Pallas amavit,
 Seruent: è factis exempla probat a petuntur.
 Euge, tuis, eademque viris aptissima doctis?
 A proprijs exempla petu tu maxime factis.
 Supra alios pronus virtuti, artique pudic.e.
 Insinuas mihi ritè viam, tua lumina feruam
 O virtutem, ad similes velox assurgere curas.
 Vt fateare bonum me, quamvis longius ex hoc
 Difficile parem Muse, Phœbique ministrum.
 Cum Phœbo tibi Musa dedit prænobilis artes:
 Huius & huius habes laudes decus omne: duorum
 Tu decuses laudesque: mihi concede fauorem
 Hunc aliquem, atque adeo magnum concesseris ut sim

BRAVNIADES titulo communis amoris amicue.
 Quant acunque forent, vires tibi dedico, partim
 Debo: tu mihi Musarum non vana parabas
 Subsidia, ha vita auxilium quodcumque pararunt.
 Caperat ingenium prima quæsi missis in herba
 Efflorefe mihi, sed erant que multa vetabant:
 Continuo ergocies arresta cupidine corda,
 Sed depressa prius mihi: quis neglectus hic inquis:
 Actorpor? cole diuinam ne absiste poesim
 Te colet ipsa, vicem grando cum fænore reddens.
 Quod sicut obtusum subito teneatur acumen.
 Prædura cœs cote chalybs, limaq; politur.
 Depude haud igitur piguit fortassis ad istam
 Militiam te autore deai quod nomen: habeo
 Fructus quo ferret, volvisti surculus ife;
 Et facias, ramis fiat floribus arbor.
 Scribe potens, felix, ut abbinc sacreris Olympo:
 Vt que choris nunc es Musarum interstitus, olim
 Emeritos Phœbo Musisq;ne beator annos
 Cum trades superum pars & non infima fias.
 O BRAVNI patrie lumen columenq; tuorum.

ACROSTICHIS.

Grate Deo BRAVNI, non insciande Camæni.
 E uge Vbijs magnum condere pergis opus,
 O fficium tibi viciuras, est pangere chartas:
 R eddam pro sacro nunc Helicona choro.
 G estio sacra nihil Musis non cedite, tantum
 I n studijs studio concelebrate virum.
 V rbes Pallaidas quinto cum fænore profert:
 S ic quoque Georgus Pallade digna facit.

Bella theatra facit: colet officiosa theatris
 R arum scena virum, fornice clarus erit.
 A mphitheatra cui sient tandem ista theatra,
 V irtutis monstrant ut monumenta nota.
 R unc est semper erit quod cum transcribet Olympo
 I ngenium, fruatur quo propiore Deo.
 V iuentem inscribet manus illum docta metallis.
 S ernabisque illum floribus herbas suis.



PALATIVM REGIVM IN ANGLIAE REGNO NONCIVTZ. HOC EST, NVSQVAM SIMILE DICTVM.

NONCIVTZ Palatium Regium in Anglia, decimo à Lotidino lapide, omnium elegantissimum ab Henrico VII I. constructum, Arondelij Comitis fuit, qui Regem ibi laute & magnificè excipiens, loci, situsque elegàntia, epulis, venatione, multisque delicijs oblectans, Arcem ipsam Regi donauit, talem loci conditionem asserens, vt NONCIVTZ, hoc est, Nusquam simile, meritò diceretur. Rex elegantiam situs, recreationis & otij peridoneum fore recessum considerans, donationem benignè acceptat, & se effecturum promittit, vt iustas ob causas NONCIVTZ appellationem semper conseruet. Diuersarum nationum præstantes opifices, architectos, sculptores, & statuarios, Italos, Gallos, Hollandos & patriotas, sumptu regio, eò inuitauit, qui mirabile artis suæ experimentum, in hac Arte ornanda ediderunt, statuis eam intus & foris condecorarunt magnificis, quæ Romanas antiquitates partim apprimè referunt, partim superat. Spatiosam habet aream, quæ omnem Regiam nobilitatem, & numerosum equitatum admittit, habens in medio fontem marmoreum, limpidas aquas ad varios arcis usus affatim euométem, quem exquisitus diuersarum statuarum ornatus valde commendat. Mirandam quoque Echo, artifices hic, in primo Arcis aditu, excitarunt, Talem enim fornicum & testudinum concavitudinem, artis industria fecerunt, vt voces & tubarum clangores editi, nō semel sed quartò & quintò eandem vocem crepitando resonent.

DE HABITV ANGLORVM.

SVNT Angli procula statura, venusta & candida facie, cæsijs ut plurimum oculis, & vt sono linguæ Italii persimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis penè nihil discrepant: bellè morati: consilia cunctando capiunt, vt qui sciunt nil esse tam inimicū consilijs, quam celeritatem: mites, & suaptenatura ad omne humanitatis officium propensi, & cum primis nobilitas, vel erga peregrinos, sed plebs præsertim urbica non item. Amicos domum suam inuitant, hospitioque benignè, & in prandijs accœnis, hilarè, nitidè, lepidè, atque ampliter accipiunt, idque officium humanitatem vocat: et si, vt Tacitus ait, pars est seruitutis non modica, alieno tantum cum tædio, indulgere palato. Cæterum bello intrepidi, optimi sagittarij ac in militia moræ haud multum patientes, & idcirco ubi ad arma ventus est, statim de omnibus fortunis alterius partis dimicatur, quia omnia victorē sequuntur. Atque extra patriam, si cum hostes sit, militarem disciplinam seruat. Reliqui, qui ad studia literarum incumbunt, facile proficiunt, quorum hodie ingens floret numerus. Vestimento non multum absimili Gallico vntuntur. Fœminæ niueo candore insigni q̄ forma, quam longe decentissimo vestitu honestant. Vrbes habent atque opida egregia, frequentesque pagos, & villas passim magnias.

MODVS VENDENDI LVCIOS PISCES IN ANGLIA.

LVCIUS quem appellant Itali pike, quemadmodum olim vilior, sic nunc apud Anglos multò est pretiosior, qui ex palustri aqua in viuaria trāslatus, ac nidore illo olido purgato, anguillis minutisque pisiculis pastus inirandum in modum pinguis fit: mox in piscario foro viuus cum vendi debet, si opus sit, ei venter cultro aperitur, vt illud pingue quod habet ostendatur: at si minus vendatur, eo tamen vulnere affectus (mira res dietu) haud moritur: quippe plaga filo insuitur, ac statim post in viuario tincarum glutinoso contactu sanatur. Hæc Polydorus Vergilius, in sua Anglicana historia. Idem Jouius hoc modo refert: Mirum est illud, quod à tot audiui viris, vt impudentius fuerit, tot testibus, mendacium non credere, quam veritatem aduersus eorum authoritatem tueri, Lucium, scisso ventre ostendendi lactis causa, inde consuto, atque inter tincas in viuarijs reposito, sanari humore earum, dum se illis lucius ventre affricat. Scribit Cardanus, hoc causam

manifestam



Effutatur Georgius Houfniaglus Anno 1582.



manifestam habere, cùm viscera non sint oblæsa, & humor ipse glutinosus sit, aërisque ad corruptionem minimè paratus, nec scire se, An in Italia, experimenti hoc sit successorum.

Quoniam verò hīc piscarum forum ingressi, nouam de Lucio historiam retulimus, eadem occasione referemus & alteram; quæ innuit, sanguinos ac feroce tyrannos, ab hoste non magno quandoque premi, & superari posse. Dubrauius celebris author (post Episcopus Olomouzensis, tribus & 30. libris historiam Boiemicam complexus est) libro de piscinib[us] primo, cap. sexto scribit. Non mihi temporo, quin spectaculum, quod ad viuaria Arci Cremsirensi subiecta, dum Stanislauum Thurzonem Pontificem meum assestor, à me oculis tunc spectatum, nunc verbis quoque hoc loco spectandum representem. Delitescebat in latebris ripæ viuarij, discors Lucio Rana, cùm fortè Lucius otioso similis, leui caudæ motu summas viuarij aquas vltro citroq[ue] sulcaret, quoad tandem ad locum, quem insidijs faciundis rana cepit, propius appelleret: non omisit, benè gerendæ rei occasionem Rana, sed simul atque facultatem assiliendi hostis, sibi oblatam vidit, ita, vt erat sinibus buccarum inflatis, oculisque, præ ira flagrantibus, repente in caput illius insilis, lateque diuariatis pedibus, frontem circumplexa (vide soleritiam animalculi) in ipsos præcipue oculos Lucij inuadit, mollissimasque & charissimas lacinat partes: at ille dolore exagitatus, modò citato per vndas cursu ferri, fluctusque circum se concitare, modò vertigine rotari, modò fruticum & arundinum, quæ in viuario subnatæ emicabant, attritum querere, si quo pacto male conciliatum, nullarumque præ se virium incessorem, fronte excuteret: ceterum, omnes eius conatus incassum cadebant, tam mordicus eandem frontem Rana obtinebat, tamque pertinaciter pœnas ab audiissimo corporis sui vexatore, exigebat, donec torpescientibus, ex multa lucta, viribus, ipse Lucius succubuit, sequens, ranamque vñā, in imago gurgitis demersit. Adhuc nobis omnibus, qui aderamus eodem loci subsistentibus, luctatoresque, quod iucundum nobis spectaculum de se exhibuerat, oculis requirentibus, ecce tibi, Rana subito in altum exilit, moreq[ue] victorum ouans, coaxans, vitulansque, rursus se in palatia sua recepit. Imperat exemplò Pontifex, acciri piscatores, quod Lucio retibus inuenito, in lucemque prolato, cognoscendi potestatem facerent, quidnam cum illo demerso actum esset: atque miser ille vtroque lumine orbus extrahitur, non sine omnium nostrum admiratione: At piscatores vetant casum mirari, se enim crebro talibus certaminibus interuenire, sanguinemque à Ranis Lucios exceccatos, atque eosdem emaciatos, piscari, quoniam amissis oculis venari sibi pisces nequeunt, sed sterili tantum arena ventres suburrant.

QVI IN ANGLIA PAREMPTITII DICANTVR.

In Anglia ciuitatibus, & praesertim Londini, omnis quasi populus per artificum collegia diuiditur, exempli gratia: Lanifici de Rege emunt priuilegium, quod sibi liceat inter se societatem coite suum habere collegium, suas condere leges, quibus monopolia instituant, pretium panno laneo constituant, prohibeantque ne alij in vrbe vendant. Est autem vox Graeca: si quidem solu dicitur, & nos est vendo, cùm potestas vendendi penes vnum est, qui pretium etiam constituit, quod Reipub. vt Iustinianus ait, semper detrimentum afferit. In illud vero collegium potissimum veniunt, qui discendo artem, annos septem, decimæ, aut eo amplius, seruiunt eisdem Collegiij lanificis. Et iij. dum seruiunt, aliorumque ministri sunt, vocabulo non ineleganti appellantur Patemptiti, hoc est, patrem- pitijs seruis, quia perinde lanificis in eos, toro illo antorū spatio, ac dominis in seruos ius fermè est. Post exactos ministerij annos ciues habent: tametq[ue] interdum sine famularu, etiam prelio, ciuitate donantur. Eodem quoque fernitio vel feminis in ciuitatem adscribuntur. Quapropter quotidie multitudo puerorum etiam nobilium æquæ vt puellarum, usque ab ultimis Regni partibus Londoniis confitit, qui ibi, eo pacto diuitias, honores & honesta coniugia consequuntur.

OLISIPO



Væ sunt vrbes hac nostra tempestate, quas iure Oceanii dominas, ac tanquam Reginas appellare possumus, quae
rum ductu & imperio totus oriens, occidensq; hodie nauigatur, Earū altera est Hispania, altera Olisipo, quæ à
Tagi fauibus, eius Oceanii partis imperiū sibi vendicat, quæ Africā Aliamq; immenso mari circuitu comple-
titur. De cuius origine ac nomine, qua in primo Virbiū Thēatro à nobis explicata sunt, hec non repetemus.

Lusitanias Regni Metropolis est Olisipo, Vlyssis indicās errores, & exercitum hoc delatum, Insignis ampla-
que ciuitas, loco amoenissimo sita, diutinijque supra modum affluens; mercium quippe, quarum per vniuersū
id regnum negotio est luculentissima, existens Emporium vndeque aduentantum, nauium commodissimum ac fama celebre receptaculum; Regis insuper aula, sed eque fortunatum ceterarum prouinciarum caput,
Romanis aliquando Iuliam fælicem appellatam volunt nonnulli, Vna ex tribus eis Regni Archiepiscopatibus.
Metropolitanam habet Ecclesiam magnificentissimam, in cuius fornice corpus D. Vincentij Leuitæ & marty-
ris summa cum reverentia assernatur; Ad radicem vero huius summe Ecclesie, paulò inferius occidente, versus interposita platea, facellū
diu Antonij, quem Paduanum vocant, admirabilis structura, & mira elegancia elaboratum, se nobis offeret, olim ipsius diu Antonij parē-
tum habitaculum, in quo quidem ipse natus educatusq; fuit, tuper cuius facelli epistylum domus Ciuitatis seu urbana curia constituta est. Plu-
res montes ac valles magnitudine amplectitur, cuius potissima celebrissima pars orienti opposita est, qua potissimum parte, suscepit iam
Tago, pelagus in latitudinem milia passuum sex patet. Vrbis igitur Olisiponem initium ab hac parte, quæ meridiē respicit, verus regia am-
plissima, magnifica; opere pulcherrima, efficit, quam ad Sanctos nostros nuncupant. Nomen inditum loco quod longo temporis spatio, cor-
pora Sanctorū Martyrum Verisimi, Maximas ac Iulias ibi recondita fuerint, donec sub Ioanne Rege, eius nominis seculo translata alio fuē-
re. Qui quidem diu, dum Christum Dei filium, orbitq; seruatorem constanter profiterentur, sub Romano Praeside Olisipone paxi sunt.
Inde obliquo aggere, saxoq; construeto, ad Valtalii templum, cui diu Spei nomen est, per clivū tensum depresso itur, vnde rufus
eadem via in adiuvium montem confunditur, cuius in tergo, facillum diu Rocho nuncupatum cōspicitur. Eodem deinceps traxi, in val-
lem amoenissimam, in omnibus vrbis contiguam hortisq; vndiq; constat et descensus, quæ à facello Eremitarum, diu Antonio confera-
to, nomen olim sumptis nunc verò ijs exclusis, ab annuntiatione Angelica Deipara Virginis facta nomen habet, & à Vestalibus Dominicani
instituti inhabetur. Mox pari acciuitate collis nascitur, densissimo olio oblitus, vt non facile introrus inspici posset; A superiori verò
parte apertus, & facello D. Annae recens dicato, ornatus, quod summa cum religione & reverentia magna itē populi frequentia, ab omnibus
hodie visitur & colitur. Ab hoc subinde per agrum compascuum, leprosaria, foroq; boario interiectis, in alias vallem non minus fertilē
iucundam que deuenitur; Quæ Maurusia, nuncupatur, ex eo, quod post recuperatam de Saracenis vrbem ex loci permisi sunt. Mauri habi-
tare. Cuius sinistram partem, que ad leprentrum vergit, vbi campi D. Barbara incipiunt Angelorum facillum dividit. Supra vallē hanc
orientem versus mons excofusus imminet, recto difficultate ascensu, à quo fanum D. Mariae Montanæ, quod in summo montis culmine sit
est, nomen accepit. Ab hoc præterea modico flexu vtcumq; directo itinere ad vrbem reditur, statimque obium sit templum vetustissimum
Augustinianum monachorum, diuia Virginis gratiarum Sacrum, introrsus eidem vrbis in iure adhærens. Exinde porrò præteritis dīsimo
cenobio Vincentio leuitæ & martyri dicato, canonicon D. Augustini, atque Gymnasio non ita pridem celebri, antequam Rex Ioannes
Tertius illud Conimbricam transtulisset, ad ripam Tagi decurrunt, que aquilonare vrbis cornu ab ea parte efficit. Quæ parte amplissimū,
nobilissimumq; Vestalium D. Clara conobionum ad fluminis crepidinem fermè attingit, indeq; aduerso itinere, facelloq; D. Virginis Para-
disiacæ interiecto, ad primari vrbis portam, quæ Crucis dicitur, iter est. Ab illo autem Clara templo ad regiam veterem, quam ad Sanctos
antea nominari diximus, vbi meridionale vrbis cornu possumus, rectus margo, secundo mari, ab oriente æstiuo incipiens, in meridiemque
excurrens, millia passuum tria fermè efficit. Eo igitur modo, latus hoc vrbis mari alluitur, reliqua tres partes ad ium habent à terra. Itaq;
collibus quinque, valibus totidem feracissimis & iucundissimis, vrbis tanto spacio complectitur, ita vt vniuersus eius ambitus septem mil-
libus passuum designari posset. Interioris verò vrbis amplitudo & magnificientia tanta est, vt cum ceteris omnibus Europæ vrbibus, & ho-
minum multitudine, & ædificiorum pulchritudine & varietate meritò contendere possit. Domorum sequidem amplius quæ viginti millia
in esse, earumq; ingens multitudine, tam principum virorum, nobiliumque quam etiam priuatorum hominum, eleganter & sumptu propè
incredibili constructa est, adeò vt etiam paries intrinsecus, fornicesq; ligno Sarmatico vndeque vestiti, verniculato opere, auro variisq;
coloribus adhuc exornentur. In litora fontes quæ plurimi ex diuersis vrbis partibus per ductus subterraneos oriuntur, è quibus popu-
lus aquationem facit. Ad reliqua igitur vrbis ornamenta breuerit ac summatum de banda veniamus, atq; vt antiquam in summa arce regiæ,
quæ in additione vrbis parte posita est (opus ipsam antiquitatem verè representans) omitamus.

Olipio septem in primis ingentibus ædificijs, singulari regum nostrorum consilio, sumptu; incredibili magnificèissime extrectis, hoc
tempore illustratur. Horum primum, vt à religione initium faciamus, Misericordia templum est quadrato vndiq; lapide eleganter extru-
ctum, non infinito prædiorum cenu, ac prouinciarum annis vberrimis, quemadmodum pleræq; omnes nostræ ætatis basilicæ, sed sola opti-
matum ac piorum hominum benignitate ista sustentatum, vt propè fidem superet, quantum in annos singulis & ex collatitia stipe in pauperes
impendatur. Huius qui curam gerunt, Sodales, sive vt expressius dicam, Fratres Misericordia nuncupantur, quibus propter & generis &
nominis claritatem, & summan etiam pietatis probitatisque existimationem negotium deferuntur. Si quidem illi omnes communis concilio,
parique animorum voluntate illud Misericordia æarium ad ministrant: quod ex fortuitis tantummodo hominum piorum largitionibus,
eleemosynisq; conflatum est, ex quo summa fons dilectionis & integratæ, nullo habito personarum delectu, egenitiam omnium in opere confu-
litur ac prouideatur, præsertim puerum, quibus inde, iuxta cuiusq; qualitatem dotes in matrimonium conferuntur. Tum etiam eorū qui
grauia aliquo incommode, aut calamitate presi, vitam in mærore, rerumque angustia trahere coguntur. Quo sit, vt multorum tam incolarū
quam exterorum mentes, ad largiendum alliciat, perpetuis ille ordo, incorrupta, ratio ærariæ, quotannis in pauperes exhauriendi. Nihil
nim in eo pecunia vltra annum tempus asseruari fas est, nec item prouentus habent, nec ex instituto legibusque fodalitij habere licet. Quod
fanè eo magis admiratione dignum videtur, quod ex æario amplius viginti quatuor ducatorum millibus in singulos annos constet egen-
tibus erogari, quin nonnulli annis numerum quadraginta millia et quæ vel superas compertunt est.

Secundo loco sequitur alterum miſericordia, ac humanitatis exemplum, valetudinarium videlicet commune pauperum infirmorumq;
hominum, nomine Omnia Sanctorum, non magnificenter ædificiorum, non sumptu magnitudine; non deniq; benignitate erga paupe-
res, varijs corporis morbis conflictatos & expostos infantes, quos nutriendos alendosq; curat, priori illi cedens. Id quatuor dividitur clau-
stris hortisq; amoenissimis, porticibusque quatuor & triginta, quibus circum circa continenter adharent ad eam magnificæ, triclinijs, lectis,
culictrisque mundissimis decenter ornata. Ibi pauperes agrotantes benignè liberaliterque excipiuntur; nec nisi recuperata in integrum va-
letudine inde dimittuntur, dato insuper quibusdā viatico, que se nō faciunt dies, dū firmiores, valētoresq; affecti suerint, sine vilo labore ad
molesta subleuare possint. His porrò quæstorum, curatorum, medicorum, pharmacopolarum, ceterorumque ministrorum domus recte
distinctis ordinibus coniunctæ sunt, vt infirmis, si quis casus, necessitasve acciderit, præstet semper adiutum, di sc̄e ne fessusque pro fe quisque
sedulū diligenterque inseruantur; adeò, vt inter reliqua Regia xenodochia, quibus amplissimis celebrissimisque Hispania paxim præter ce-
teras orbis Christiani prouincias referta est, hoc facile principatum sibi vindicet. Pro huius verò foribus, campus patet apertus, planus vn-
ique quadrato ædium pulcherrimarum ordine circundatus, à quo diu Antonij & Maurusia valles in delta litera figuram se contingunt,
ac diuersis postea plateis incori bubuli similitudinem, detracita cauda explicitantur, mare versus recurrentes.

Ad dexterum deinde eiusdem Xenodochij latus, medium inter aquilonem & occidentem, diu Dominici templum situm est, ac collegium
celeberrimum, cuius ex aduersa fronte campo interiecto occidente, versus, tertium extat monumētum à Diu Petro, Ioannis Regis huius
nominis



OLISSIPPO que nunc Lisboa, ciuitas amplissima Lusitanie, ad Tagum. totig^o
Orientis, et multarum Insularum Africique et Americae emporiorum nobilissimum.

12.1 Sacellum D.N. confaciacionis
 super parcam ferr. 12.2 Templo
 sancti Achucari de Padua.
 12.3 Templo Americordia.
 12.4 Sacellum sancti Spiritus da alfonso
 12.5 Templo sancti Marci. 12.6
 Templo sancti Blasii et sancte Lucie
 12.7 Templo sancte Ludovicae.
 12.8 Templo sancti spiritus da pedreira
 12.9 Ermita D.N. de monse.

Nonnulla alia.

10 Nôlés Iapicid vido Cans da pedra
 11 Carcer priu Comitatu vulgo cumpo
 12 Domo mones. 13 Palaciu
 (Ducis de Asturias. 14) Pala-
 cios de Gragnanca. 15 Palaciu
 Arcivescovi de lida real. 16) Pala-
 cios Comitatu de Versalhes. 17) Pala-
 cios Comitatu de Redonda. — 18) Pa-
 lacio Comitatu de Lingüfe. 19) Praça
 Canas. 140 Sacelleum D'na
 Senhora. 6) Pueri publici.



52 Porta a dexter portava de a.
53 Porta que dicitur de Agnus dei
54 Porta que dicitur de laudis
55 Porta que dicitur de laudis
56 Porta que dicitur de laudis
57 Porta que dicitur de laudis
58 Porta que dicitur de laudis
59 Porta que dicitur de laudis
60 Porta que dicitur de laudis
61 Porta que dicitur de laudis
62 Porta que dicitur de laudis
63 Porta que dicitur de laudis
64 Porta que dicitur de laudis
65 Porta que dicitur de laudis
66 Porta que dicitur de laudis
67 Porta que dicitur de laudis
68 Porta que dicitur de laudis
69 Porta que dicitur de laudis
70 Porta que dicitur de laudis
71 Porta que dicitur de laudis
72 Porta que dicitur de laudis
73 Porta que dicitur de laudis
74 Porta que dicitur de laudis
75 Porta que dicitur de laudis
76 Porta que dicitur de laudis
77 Porta que dicitur de laudis
78 Porta que dicitur de laudis
79 Porta que dicitur de laudis
80 Porta que dicitur de laudis
81 Porta que dicitur de laudis
82 Porta que dicitur de laudis
83 Porta que dicitur de laudis
84 Porta que dicitur de laudis
85 Porta que dicitur de laudis
86 Porta que dicitur de laudis
87 Porta que dicitur de laudis
88 Porta que dicitur de laudis
89 Porta que dicitur de laudis
90 Porta que dicitur de laudis
91 Porta que dicitur de laudis
92 Porta que dicitur de laudis
93 Porta que dicitur de laudis
94 Porta que dicitur de laudis
95 Porta que dicitur de laudis
96 Porta que dicitur de laudis
97 Porta que dicitur de laudis
98 Porta que dicitur de laudis
99 Porta que dicitur de laudis
100 Porta que dicitur de laudis

nominis primo filio, sumptu publico constructum, domus reuera amplissima mirificoq; opere admodum conspicua. Quam et tantu^m consilio inibi, dum Alfonsi quinti, sui ex fratre nepotis, regni regimen sustinuit, extrui imperauit, ut exterarum gentium Regnumque Legatis, eo loco hospitiu^m praeberetur, publicis que sumptibus ibidem liberaliter magnificeque exciperentur. Inde si recto itinere ad litus ire perrexeris, relictis ad dexteram in loco eminentiore cenobij Carmelitarum, Franciscanorum, ac ordinis Trinitatis, magnifica, sumptuosa que structura nobilissimis, regiam nouam plateam, anaglyptarijs, cæloribus, vascularijs, fabris argentarijs & ærarijs, aurarijs, item argentijs que refertissimam præteriens, in aliam eodem pariter nomine nouam mercatorum, continuo slectens ad laudem, deuenies, caterarum omnium longe latissimam, edificijsq; pulcherrimis vtrinque exornatam. Illuc omnibus ferè ex partibus orbis & gentibus, quotidie mercatores certatim conuenient, maximo hominum concursu atque frequentia, propter commerciorum portusque opportunitatem. Eademq; via contra septentrionem progradienti ad laudem portorum vetus obicitur, vbi pro meribus importatis, publica Regi vestigalia nuper pendeabantur. E regione huius portorij forum, quod veteris pali vocatur, appetit.

De hinc recto itinere ad templum Misericordiae iter est, contra eum vestibulum ex orientali latere quartum apparet aedificium, regis Ioannis, hoc nomine tertii, perpetua memoria dignissimum. Duplex nempe magnificarum aedium structura totidem porticibus, vtrinque triginta duobus arcibus, octogintaq; cellis exornata, angusta, æquali, arcola interiecta, quam Domum frumentariam Reip, ac quasi Lusitanæ nutricem merito nominare possis. Ea siquidem mente horreum ibi publicum à Rege optimo ac prudentissimo constitutum est, ut sublatu frumenti leguminarum, omnium portorio, quod non sine fisci magno detrimento, ipse omnium Regum Lusitanie primus plebeus largitus est. Speque ingenis quæstus mercatoribus proposita, frumentum vndique ab eis conuenit. Eo paeto breui plebs annona caritate sublebat. Quod sanè magno Reip commido factum esse nuper experti sumus.

Post huius tergum, nouum Portorium inhæret, ipsam maris crepedinem attingens, immanis quædam lapidum moles, tignis trabalibus confertim immisæ, a fistulacionibus in mare adactis suffulta. Regisque eiusdem iussu sumptuosa, constructa, cui merito ob aedificem etiam & operis pulchritudinem, quintum in hoc ordine locu tribuendum esse duximus. Eodem tractu secundo mari, campus latus admodum inest à noua Portorij horreumque structura, tum à septentrionali, tum ab occiduo latere pulcherrimam aedijs serie circumscriptus, tum maximè à meridionali porticu iucundissima aspectu, ad litus vsque ornatus summo deductus. Nam aliud latus, quod orientem hibernum respicit, mare includit. In eo forum inest piscarium, vnaque forum cupedijs constitutum, quo cetarij, fartoress, cupedinarij, lanij, panifices, dulcifarj, gregatini quotidiè concurrunt, omnia, quæ a vrbe vescendi caufa afferuntur, vendentes. Præterea propolarum, institutorum, capuponum, stabulariorum, linterorumque tabernæ ibidem instructissime visuntur. In hoc verò piscario foro, certa quantitas corbium deposita est, magistratum editio, quibus cymbijs piscatorijs appulsi, pisces à mediastinis in forum ad venditrices aduehuntur. Hi quid m corbes singulis annis à magistratu piscatorijs plus minus duobus milibus ducatorum locantur. In huius verò campi occiduo finu, eodem piscario foro à tergo relictio, mercatuque panificum, holitorum, fructuum vendoritorum, auctorumque interiecto, nec non macello domus, quam Septemsem nominant, sita est, in qua regi præfecti negotia ad bellum Africanum spectantia expedient.

Non procul præterea ab hac domo, contiguo aedium ordine, sextum monumentum, opere admirabili factum extat, præda, spolijsq; multarū gentium regnumq; refertissimum, quod ab Indicis, negotijs, quæ ibi prætractantur, domum Indicam vulgus appellat. Attamen meo quidem iudicio, aromatum, margaritarum, carbuncolorum, smaragdorum, aliarumq; eius generis gemmarum, quæ quotannis huc ex India deportantur, emporium copiosissimum, tum ari quoque & argenti facti in se etiisque horreum amplissimum verius appellare poteris, quod celas ibi quæ plurimas miro artificio atq; ordine distributas, maxima omnium haru reru copia affluentes, ab omnibus conspicu posse palam est, ut mehercules, fidem res superatura sit, nisi id omnium oculis obici, manibusque in hojas pæne contrectari videbemus. Proinde ex regia quam ibi desuper D. Emanuel amplissimam & sumptuosissimam sibi fabricatus erat, porticus latissima, velut musculus, in mare prouripit, in cuius fronte ad orientem versus, turris, vndiq; quadrato falso mirè exulta, litori imminet. Ad hoc ibidem in ipso litorie aliud aedificium opere mirabiliter fundimentis facere incipit potentissimus Iohannes III. Rex.

Postremo ei regia, quam diximus Emanuele aedificasse è regione huius nouæ instructuræ, occidentem versus, platea interposita, continuum est septimum ultimumque publicum monumentum, cellis quæ plurimis, ac triclinijs quoque versus artificiosæ fabrefactis instrutum, vt ob interiorum eđum multiplices recessus, auditusq; diuersos Labrinthum esse vere existimes. Ibi Reges Lusitanie armamentarium, ingenti armorum omnis generis copia refertum constituerunt, machinarum item & tormentorum, tum rerum omnium, quæ ad bellum terra marique gerendum pertinent apparauit, adeò instructum, vt ceteris omnibus, quæ Europa Asiaque hodie instructissima copiosissimaque habere fertur, & multitudine machinarum, & infinito armorum telorumque numero facile præstet. Id verò hoc argumento me cuius facilius probaturu^m puto, quod rex in ordinarijs tantu^m nauticalibus expeditionibus, naues plures ducentis omnium generi perpetuò instructas, optimeque armatas in Asia, Africa, Europaq; habere cogit. Tribus autem harum aedium, cellis, quadraginta millia peditum, armatorum corpora actria millia cataphractorum integra quasi ex deposito diligenterisimè, nitidissimeque custodiuntur, præter ea quæ ad quotidianos & extraordinarios motus depromuntur. Bombardici quoque generis Mortarios, Scorpiones, Basilicos, Leones, Colubrinos, Camelos, Peñtrarios, Dispersores, Ruptoresque inuisitare magnitudinis & ponderis, tum reliquum etiam vulgarium misilium quos Falcones, Bercios, Sclopoltique vulgus appellat. Pulueris item & globorum, tam ex falso, tantam vim & copiam afteruari compertum est, vt si singulas omnium, diuersasque formas, numerum, pondusque per partes explicare coner, verear ne falsa ijs, pro veris huic narrationi videar inservisse, quibus hæc legendu^m duntaxat, vel audiendo percipere sufficiet.

Ad reliquum ergo pergamus. Vrbe ex ea parte qui muri Tagus adluitur, vt paulo ante demonstrauimus, ut potest nobilissima eius parte, portis duabus & viginti distinguitur; pars vero quæ continentur, sedecim, quibus omnibus, propter infinitam hominum multitudinem, eiusq; ambitum latissimum, maximè indigere videtur. Turribus autem per murorum gyru septuaginta septem munitur. Tempa verò quæ à Græcis, parecæ appellantur, in quibus Sacraenta fidelibus omnibus subministrantur, quinque & viginti numerantur, præter ea que plurima monachis, Anachoretæ, vestalibusq; virginibus sunt attributa. Huic loco nonnihil in laudem Ecclesiastice Mufice adjiccam, idque verisimilum, compertissimum; inter omnes cives habetur. Nempe quod in præcipuis anni festis diebus, ex ipsa vrbte Olisipone ultra triginta absolutos cantorum choros, ad facia modulata cantu in pagis, villisq; circumiacentibus canenda, vna die cuncti exant, omnibus vrbis templis, in quibus musica modulata canitur, ex eo nihil detrimentum ad suas celebrandas festiuitates capientibus, Societates vero, quas Confraternitas vocat, CXXXI. sunt, iis quaru^m vsum, ingens & sodalibus quotannis conflatur pecunia, quæ in pauperes & alios vsum necessarios summo ordine elargitur. Quod autem ad loci situsq; salubritatem & aeris temperamentum attinet, tanta certè foliis caliq; clementia & amoenitas est, vt nullo ferè inquam anni tempore, nec astas nec hyems immoderata sentiat: quo factum est, vt multi mortales ex diuersis nationibus, terrisq; remotissimis, cœli puritate perlecti, illuc commigrarunt, derelicto que solo natali, & patriæ cura posthabita, perpetuan ibi sedem vitæque domicilium poluerint. Vrbis vero territorium, suburbans, rusticisque villis, aedificijsque magnificis, quoque oculos verteris propter agri fecunditatem, vndique refertum videoes, tanta etiam hominum frequentia, vt secundis iam pridem rebus perpetuaque pace cū finitimis parta, complures tam ruri potius quæ in vrbte commorandam desiderium tenent, Agros enim pafsim, non vicis pagisq; toū, sed templis etiam claustrisq; innumeris & ornatisimis frequentari, cum tanta animi voluptate videre licet, vt villa tam rusticæ quæm suburbanæ numerum sexcentarum excedant, Pagos vero qui ab vrbis Magistratis ius petere coguntur, ducentos quadraginta numerant, inter quos lex & triginta priuatis proprijsque iudicij ac prætoribus vtuntur, suisq; opidanis iuris dicendi potestatem habent, incolarumque conrouerias per le omnes dijudicant & finiunt, nisi cum de causis capitalibus grauoribusque agitur. Tunc enim ad summum vrbis magistratum prouocatur, cuiusque sententiam require compelluntur.

BRACARAE AVGUSTAE.



RACARAE vnam de antiquioribus Hispaniae vrbibus à Gallis Celtis, cognomento Braccatis, fuisse conditam, fama est, anno ante virginem partum ducentesimo nonagesimo. Hanc annorum 40. obsidione tandem expugnatam sub sua dictione, annis ferè quingentis Romani tenuere, cui & Augustæ nomen indiderunt. Fuit in hac vrbē primum Iuridicus conuentus, unus è septem, citerioris Hispaniae veteri more institutoque Romano, vnde auctore Plinio vrbes quatuor & viginti ius petere consuerant. Hinc ab Antonino Pio quinque itinera militaria in variis Hispaniae partes describuntur. Hanc vrbem Ausonius poëta diuitem, atque opibus florentem vocat. Sed & priscis maiorum annalibus perscriptum extat, regum Sueorum antiquam sedem fuisse Bracara annis 70. supra centum, & sub Gothis annis 127. floruisse, quam & Alfonsum huius nominis primus, cognomento Catholicus, Hispanorum Rex primam inter omnes Hispaniae Metropolitanas vrbes ex Saracenorum tyrannide in pristinam libertatem vindicauit, anno 740. Hic Regum Portugalie primus sator Henricus Comes (Guidonis Comitis Vernohensis & Brionensis filius) Alfonsi Henrici primi Lusitaniae Regis pater, in templo maximo, quod ipse erexerat, sepultus est. Sed longe maius vrbis decus è rebus sacris accedit. Nam Christi Opt. maximi fidem complexa est D. Petro S. Iacobi Maioris discipulo prædicante, vix post annumdecimum, quo idem Dominus subacta morte in celum viator ascenderat. Colitur igitur Bracara, vt patronum, eundem Diuum Petrum martyrem suum primum Archipræfulem, vna cum tribus alijs suis itidem S. Pastoribus. Martino, Fructuoso, & Gerardo: quibus veluti quatuor columnis Bracicensis Ecclesia fulcitur & fulget. Multum sanguinis olim pro Christo effudit, duces octo Sanctorum corporibus, alijsque innumeris reliquijs, ornata templis, nobilitata Patrum concilij, decorata fodalitijs rite institutis, totius Hispaniae prima tum antiquissimo iure sibi vendicat; qua de re cum Tolerana sede vetus ciulis est, & contentio: cuius meminit Honoriū III. in cap. Coram, De integrum restituit. Quæ tamen lis ab eiusdem Pont. Max. tempore ad nostram usque ætatem sileat. Posita est Bracara in ea parte regni Portugalie, quæ regio Interamnis dicitur, à duabus quibus clauditur, fluminibus. Durio & Minio memorabilibus. Est in quinto climate, gradus habens longitudinis 6. latitudinis duos & quadraginta ac semis, distatque ab Oceano quinque leucas. Ciuitas pleno iure suo Archiepiscopo paret, siue spiritualem iurisdictionem spectes, siue temporalem, multò quondam frequentior, nunc incolarum numerat, ad duo millia. Frustratur magna cali, aërisque clementia, insigni agrorum vberitate, & amoenitate quod ei beneficium commune est, cum hac tota regione Interamni. Hæc & alia complura de hac vrbre scitu digna in nostra Metropoli Bracarensi inueniens, quam Deodante in lucem edere meditamus illustrissimi primatis Augustini auspicijs cuius etiam iussu & auctoritate vniuersam diecem perlungauimus, & in tabula non omnino negligenter expressimus montes, vrbes, fluvios, oppida, parœcias, & dicu-
las, ac itinera geographica delineantes.

Hæc Caspar Aluarus Machiadia, Historiographus S. Bracarensis Ecclesiae,

Alethes fluvius, cuius fontes in Spino monte quatuor à Brac. Augusti miliaribus distant, vallem amoenissimam vrbis adjacentem irrigat multis hortis, pomarijs, pratis, viridarijsque excultam. Illud mirabile, arborem nullam ex Medicæ Mali generibus creat, quibus alioqui hæc tota Provincia abundat. Vrbem alluit, atque in Auum, majoris famæ flumium prope antiquum oppidum Villam Comitis influit. Hunc & falsò quidam Zethen vocant.

B. Via, in Vimarianum oppidum S. Pontificis Damasi ortu clarissimum. Hæc via vna est ex quatuor, quas Ant. Imp. Bracara Asturicam descriptit.

C. Via antiqua Imperatoris Antonini, in quas calidas, vulgo Orense.

D. B. Anna ædicula, quam columnæ XII. à Prætoribus Ro. varijs quondam in locis erectæ, litterisque incisæ, cingunt, atque exornant.

E. Fons amoenissimus in medio luci, quæ & Silua Primatalis, perdicum ac leporum abundan-
tia celebris.

F. Vrbis præsidium.

G. Seminarium Adolescentum, ad normam Tridentini Concilij erectum.

H. In hunc locum Reuerendiss. Augustinus Archiepiscopus, nouum sacrarum virginum cœ-
nobium transfert:


I. In hoc loco; quondam Romanorum cœmiterium fuisse creditur, Nunc, Campus Vincæ
dicitur:

K. Hæc via vna ex quatuor est, quas Ant. Imp. Brac. Asturicam descriptit.

L. Hic Vrbis Arcum Romanorum tempore fuisse fama est.

M. S. Sebastiani ædicula, vbi forum Romanorum fuisse constat.





CONIMBRIA.



ONIMBRIA, vulgo, Coimbra, olim Regni Portugalliae caput, Veteribus quibusdam, Calabria, aliis Colimbra, siue Colibria, etiam Coimbra Isidoro & Rosendio nuncupata, multis naturae & artis decorata splendoribus. Nam loco amoenissimo in rupe sita, vnde olivarum syluis, veluti Athenae, quarum vicem hodie quasi sustinet, vinetisque cingitur; Ad Muliadum, siue Mondam, alias Mondegam, fluuum nobilem, sita, qui duas separatas urbis partes ponte coniungit, qui sane fluvius, praeter Tagum & Duriam, in Lusitania praeceps est: distat haec urbs ab huius fluvii ostio, quod ad occasum est, octo leuis, itinere per agros fertilissimos, frugumque feracissimos lato. Parvis interim cymbis, praesertim verno tempore nauigatur, tantam quippe arenam copiam, praesertim verno tempore, secum trahit, ut cæcis vadis multis in locis abundet. Ripa vero, ea ex parte, ubi monasterium S. Francisci est, silicibus referta, amoenissimas deambulationes efficit. Nam etsi Lusitaniae ager, plerisque in locis horridus, argillosus, ac sterilis, huius tamen urbis territorium, totius Regni optimu[m] præstantissimumque censetur. Montes, quos habet vicinos, Strade Alioba, patriotæ nominant, oliuis, vinetis, & omnis generis fructiferis arboribus, ad delectationem, & cōmodum referti. Quin & multis limpidissem aquæ fontibus Conimbricia irrigatur, præcipe vero aquæductu celebri à rege Sebastiano anno Salutis M. D. LXXII. maximo sumptu perfecto. Ex illo enim, ad altiorem urbis collem, qui à tergo Regiae est, ubi forum studiosorum existit, tanta clarissima & dulcissima aquæ copia in stagnum marmoreum infunditur, ut per omnes plateas totius anni tempore quasi torrens, ad varios ciuium usus, & multas commoditates deriuctur. Quin & maiore felicitate Conimbricia præstat, cathedrali optime fundata ecclesia, & vniuersali præstantissimarum artium studiis, quod & loci amoenitas, & varia præstantissimarum artium professiones commendant. Ibi enim Regiis stipendiis, Theologia, utriusque Iuris, & Medicinarum Facultatis Professores liberaliter fouentur, ac salariantur. In quarum singulis, ut quotidianis prælectionibus Studiosi in officio contineantur, quatuor sunt Doctores ordinarii, qui accuratissimi & assiduius lectionum ac disputationum exercitiis, ad nitorem ac summam elegantiam, Studiosorum ingenia expoliunt. Sunt etiam publici & peculiares eruditarum linguarum professores, humanitatis vero scientias, Patres Societatis IESV accurata industria, & magno profectu docent, qui iuuentutem simul in pietate, & bonis literis erudiunt. Sunt hic etiam quatuor atrium cursus, Louanienses Pædagogia; Colonienses, Bursas; Alii, Collegia nominant, in quibus Philosophica, Metaphysica, & Mathematica præleguntur. Sunt & alia à Prælatis, magnisque viris dotata, & instituta Collegia, quorum descriptio nimis longam narrationem exigit. Horum appellations, in ipsa lamina, siue pictura, exprimuntur. Studiosi omnes, antiquas modestiae, grauitatis, & scholarum leges in habitu obseruant, togati namque incedere coguntur, Magno, frequentique sunt numero. Priuata, à ciuibus separata, ac priuilegiata iurisdictione gaudent. In qua ædiles, praefectos, & iustitiae administratores ex ipso Vniuersitatis gremio eligunt, Qui etiam in peculiari Vniuersitatis foro, pro tribunali præsident, ius dicunt, Et rerum venalium precia moderantur.





GADES AB OCCIDVIS INSVLÆ PARTIBVS.



ADES, hodie Calis, in capite Hispanæ Beticæ insula est, protensa secundum veteres instar fasciæ, sic dictæ, quasi terræ ceruix, propter continentis angustiam, utrumque breue illud fretum constringentis. Continenti, quemadmodum nunc Peloponnesus, olim adhæsse, & Isthmus fuisse putatur. Nam olim mare Mediterraneum inclusum fuit, nec Oceanus in illud, nec hoc in Oceanum influebat, eratque siccus transitus à Calpe monte in Hispania ad Abylam in Africa, qui Herculis columnæ appellantur fortasse quod ipse ibi mare in Oceanum emiserat: de qua re, & de onere, & de stagnatione, & fremitu, & tumore maris inclusi, multa Strabo, & lechu iucunda, & scitu digna operose scribit. Quod & Plinius, & Plato, & Seneca affirmant, qui de causis rerum, post multas multorum Philosophorum opiniones, tandem & ipse quoque de sua sententia adiungit. Sic & Hispanias à contentu Africæ, mare eripuit. Pariratione & Sicilia ab Italia erupta, ac separata fuit, utriusque rupturæ auulsionis hæc sunt Valerii Flacci carmina.

*neg. enim Rex Aeolus illuc
Rector erat, Libyam cum rumperet aduena Calpem*

Oceanus: cum flens Siculos Aenoria fines
Perderet, & medius intrarent montibus vnde.

Est in eadem insula, eiusdem quoque nominis vrbs celebris, cuius frequens est apud historicos mentio. Ante Herculis aduentum dicebatur Tartessus. Postea vero, quam Hercules ad eam peruenit, statuitque in ea columnas ad æmulationem alterius Hercules Ägyptii, qui alias columnas statuerat ad alterā Libyæ oram, secundum Diodorū libro quarto, ab ipsis columnis erectis, Gades Herculis insula, & illius vrbs appellata est. Hæc Priscianus. Quanquam Strabo libro tertio referat, Polybiū dicere, eam regionem, quæ circa Bætim est, cognominari Tartessum. Gades vero prius Erythream vocitatum cum duabus adiacentibus insulis. Dionysius Alexandrinus insulam vocat maxime occiduum extremas Gades, in medio portarum quæ iuxta Iberiam sunt, vnde etiam Ibericæ vocantur teste Ariano. Est autem insula illa non multo maior centum stadiis in longitudinem, in latitudinem vero alicubi ad stadii vnius spatium patet. Gades vero in finibus Oceani sitæ sunt, nempe iuxta occiduum mare, Cotinusa prius ab hominibus vocata, quasi Ὑπέστω, id est, multis, κοπνες, hoc est oleastris referta, postea vero Gades ab incolis dicta vbi Iouis filium Herculem colunt: qui vel Thebanus erat Hercules vel iuxta quosdam Phœnix, id est Tyrius, nam & Phœnices olim in insulam illam colonias traduxerunt. Cum enim negotiatores essent Phœnices, & in omnes regiones nauigarent, ibi etiam habitarunt, Gadesque propter loci angustiam, quasi terræ ceruicem vocarunt, ut paulo ante est dictum. Quod autem Phœnices eo Colonias traduxerunt, Dionysius Alexandrinus indicat: Phœnicesque usque in Iberam (inquiens) & Allam, & extra columnas colonias duxerunt. Arrianus etiam Tartesum ait à Phœnicibus esse conditam. Älianuſ præterea in libello de Prouidentia: In Gadibus, inquit, ara anno erecta est, aliaque Mensi, in honorem temporis brevioris & longioris. Est præterea apud eosdem (inquit) templum Sene&tuti extructum, quod ætati multa edocet & hunc deberi honorem existimat. Aliud vero Morti, communis quietis honorem, quod hic sit ultimus omnium terminus. Adhæc, ara apud eosdem posita & pauperata, & arti, illi quidem, placanda eius gratia: huic vero, tanquam parato contra illam remedio futuro. Cæterum nauigandi quoq; peritia excellunt Gadii incolæ: vnde, licet in extremis sita insula, celeberrimum tamen est nomen sortita. Quin & Gaditanæ puellæ ab historicis olim commendatae, quod ad qualemcunque musicum concentum & numeros, elegantes choreas, atque tripudia ducere norint. Quæ hac etiam ætate à maiorum festiuitate non degenerant. Sed Dionysium ipsum, quem aliquoties citauimus, de Gadibus loquentem audiamus.

*Perro in medio sub vestimentis columnis,
Extrema Gades apparent hominibus.*

*Insula à circumflua, in finibus Oceani,
Ibi Phœnicum hominum genus inhabitant.*

*Venerantes magni Ioui filium Herculem:
Arg. hanc quidem incole, à prioribus hominibus.*

Sed in hunc Gaditanum Herculem libertu[m] paulo accuriosus inquirere. Quem, qualemcunque scriptores statuant, nos Herculem custodem, siue limitaneum, aut Herculem Marchusanum existimamus. Doce fabulanur Poetae, Herculem, opera quæq; laboriosa atque ardua in usum humanum perpetrasse, cum orbem terrarum peragrasset. Atq; ipsum monstra, non solum sustulisse, hoc est, subuertisse tyrranides, potentatus prauos coercuisse, atq; nefaria malignorum puniisse scelera, verum etiam desertis in terris, vrbes, oppida, & castra condidisse, portus & naualia construxisse, vias difficiles & imperuias muniuisse, damnosa auertisse flumina, & fluctibus marinis opposuisse claustra, hoc est, terminis, legibusq; iustis inter discordes populos diremissæ bellorum semina, pacem atq; amicitias vbiq; conciliasse, negotiationibus atq; commerciis, inter ignotas & longe distitas gentes viam aperiisse. Et, propter hæc similiaq; beneficia, templis vbiq; locorum, & diuinis honoribus cultum, cognominaque, vel à factis, vel à locis, in quibus colebatur, diuersa sortitum ferunt. Hinc Gaditanum Herculem dictum, quia in hac insula Geryones olim habitaſſe, à quibusdam existimatur, cuius armenta Hercules abduxerit: quem quidem Geryonem Hispanias Regem trimembrem fixerunt Poetae, quia tribus insulis præfuerit. Et bicipitem habuisse canem, quia nauali & terrestri certamine plurimum potuerit. Hunc Herculem viciſſe, qui id eo fingatur ad eum olla ærea transuetus, quod nauem habuerit fortem, & ære munitam. Cuius beneficij Gaditanæ memores, in altero insulæ suæ cornu, Herculi templum exerent, ipsis religione, opibus, & vetustate illustre, de quo, cur sanctum sit (inquit Mela) ossa eius ibi sita efficiunt. In hoc templo Alexandri Magni imaginem confexit Cæſar, referente in eius vita Suetonio. Porro, interalia Herculis cognomina, quæ sunt quam plurima, Hercules custos, in vetustis monumentis vocatur. Romæ in nona regione, ad circum Flaminium, ædes Herculis custodis fuit, adiuncto (vt videtur) templo Musarum, ut ille harum, sicuti dux, ita custos esset. Ouidius in Fastis Herculis huius meminit, ita canens.

Ita & Hercules Musagetes, id est, ductor & custos Musarum. Custos igitur Hercules fuit, ut Musarum, ita rerum cæterarum omnium, quas defensione sua tuetur. Hinc Herculi vestibula templorum & Regionum introitus primi ad custodiendum dedicantur, quod in his tuendis & prudentia, & fortitudine maxime opus: quæ ambæ virtutes Herculi tribuuntur. Quam ob causam hic in Gadibus, & olim in Zelandia, & Taciti tempore in Frisia colebatur, vbiq; finium Oceanii custos atque protector. Est in Zelandia pagus, Germaniam ad Oceanum, & illud Schaldis ostium terminans, quod proximum est Galliæ, nomine West Capel. In eo olim fanum fuit Herculis Limitanei, quia hic extrellum esset limitaneæ regionis, qua Germania ad Galliam finiretur. Cernitur apud VVestcapellanos lapis in baptisterio muro insitus, cum hac inscriptione.


HERCVLI MARCHVSANO.

Mare Cimbris & Saxonibus limitem; Hus, domum, ab Hu, id est, custodio, tueor: vnde Hercules Marchusanus, limitis defensor & custos. Vel, Marchus, Domus limitis, vel domus signi dicebatur. Erat enim in Zelandia signum nautis expeditum,

GADES AB OCCIDVIS INSVLAE PARTIBVS



Canis leporarius ex Indijs Occidentalibus, allatus A. 1555.



1. *Puerto Sancta María*
 2. *Entrada della Bay*
 3. *Sancto Catelina*
 4. *Schipiona*
 5. *Las sierras de Ron*
 6. *Medina Sidonia*
 7. *Los puertos*
 8. *La chiara fuente*



- Anno 1504

9. <i>Castillo Sancti Philippi.</i>	17. <i>Ruinas de Cadiz antiquas.</i>
10. <i>La caza del lepso.</i>	18. <i>Coral.</i>
11. <i>La galera menor.</i>	19. <i>Santo Schafitano.</i>
12. <i>El castillo.</i>	20. <i>Puca de S. Schafitano. riego.</i>
13. <i>Sanctia Maria monasterio.</i>	21. <i>Las armas de Cadiz.</i>
14. <i>La Collecha.</i>	22. <i>Bolverte, o castillo S. Pedro.</i>
15. <i>Torre de Gondra.</i>	23. <i>Mar Oceano.</i>
16. <i>Santia Catalina.</i>	24. que si fuega si la galera



18. corri.
 19. Santo Sebastian.
 20. Punta di S. Sebastian, vulgo fin de Isla.
 21. las armas de Cadiz.
 22. Boluerto, o, castillo S. Philipp.
 23. Mar Oceano.
 24. qui si fueras su la galera.

positum, quo clauum recte tenerent ad Schaldis ostia subeunda, cuius loco nunc turris est VVestcappallana. Et eundem turrium Herculis in Gadibus, ex vasto Oceano nauigantibus usum fuisse, non est ullum dubium.

Fuerunt etiam in Frisiis, non procul ab ostiis Rheni, vbi Oceanus cum absorbet, Herculis Limitanei columnæ, quas Tacitus magna celebritate commemorat, quarum reliquæ intra eam Tenterorum, hoc est, in Drenta adhuc visuntur, vico Roelen, haud procul à Coeuordia oppido, non sine spectantium admiratione, sunt enim singuli lapides (quorum non parvus aceruuus est) tanta magnitudinis, ut nullos currus, nullas naues admittere posse videantur, neque ibi fodinae lapidum sunt, vt, loco paludosofo, quare suspicio est, eos illuc à dæmonibus, qui Herculis nomine illic colebantur, aduectos fuisse. Stabant enim super columnas aræ (Saxa vocant Itali, vt quidam inquit poeta) quas ad aras in colæ viuos immolabant, maximeque aduenas, quos prius, quam maestarent, cogebant transire angustum foramen, quod sub aris erat, transeuntemque stercoribus insectabantur ac petebant: Quod & hodie faciunt, præsertim, si Brabantum nocti fuerint, unde se cædes oriuntur. Foramen ipsum, ob ignominiam St. Duvels Cut/ hoc est, Dæmonis cunus appellatur. Verum hanc immolationem D. Bonifacius, primus horum locorum Euangelista sustulit. Huius videndi monumenti causa, Drusus Germanicus, fama excitus, auspicis Augusti, primus Romanorum, septentrionalem Oceanum nauigauit, teste Plinio lib. 4. Sed, vt refert Tacitus, obfuit Oceanus, in se simul, & in Herculem inquiri, sanctiusque & reuerentius visum, de actis deorum credere, quam scire. Commentaria Althameri male hunc Taciti locum explicant, de his columnis, quas in Gadibus ille habet. Atque hæc quidem de Herculeis columnis haec tenus.

Ad Gaditanam insulam redimus, cuius eam partem hic accuratus exhibemus, quæ à Sacello S. Sebastiani Promontorium S. Sebastiani nuncupatur, vulgo, Punta di S. Sebastiano, Et, Fin del mundo, eo, quod isthinc in Indiam usque, mare sit perpetuum, & nulla amplius terra appareat. Vehementior maris aestus, qui in extreum hoc promontorium magno impetu impingit, longo tempore trætu, magnam insulæ partem erosit, & in vasta maris altitudine, cautes & scopulos multos reliquit, unde nautis ex Oriente per Herculeum fretum tendentibus, frequenter non leue periculum imminet.

Petrus Medina, quem dominus Abrahamus Ortelius in descriptione Regni Valentia, Petrum Methinensem vocat, opere, quo totam Hispaniam, etiam hanc Gaditanam insulam describit, Fretum, inquit, Herculis, quod vulgus Estrecho de Gibraltar nuncupat, latum est quasi quatuor millaria, Europam & Africam diuidit, habens in Europa Calpe, in Africa Abyla, præcelsos & celebres fama montes. Inter quos mare coarctatur, & quod parva inter eos sit distans, Strictum, vel angustia, vulgo Estrecho de Gibraltar vocatur. Duo hi montes, nunc columnæ Herculis dicuntur. Eo, quod scriptores referant, Herculem, cum ex Africa in Europam transfretasset, terram ad Gades, quæ nunc Insula, tunc autem cum reliqua Hispania continens erat, primum calcasæ, lustratisque maris littoribus his montibus duas magnas columnas impoñisse, & ab eo tempore historicos omnes columnarum Herculis meminisse. Alii autem tradunt, eas columnas non fuissent marmoreas, quales nunc ponuntur, sed Herculem magnam lapidum aceruum in mari coaceruisse, eumque tam firmum reddidisse, quam nunc ii montes spectantur. Carolus quintus has Herculis columnas iure optimo, symboli loco usurpauit, quum victoria & potentia sua ornamenta longe ultra hoc fretum diuersis mundi partibus nota fuerint, quibus à Deo tanquam inuictus Hercules datus, iustitiam belli, pacisque tempore administravit. Optimo igitur iure scribitur, PLVS VL TRA, Noch weiter der Keyser.

Quibus tamen hoc addendum putavi, recensere in publicæ gratulationis Sereniss. principi Ernesto, &c. Antwerpia facta descriptione Hispanos in columnæ quadam Herculem populo spectandum proposuisse, monochromate coloris ænei depictum, & geminas brachiis humerisque columnas magno conatu asportantem, ipsiusq; pedibus hoc distichon apte subnexum:

Amphitryoniadeter magno cede PHILIPPO,

Tu veteri, ille nouo desixit in orbe columnæ.

13. Muri notabiles partes supersunt, qui Gadium urbem à tota Insula seclusit, & veluti vallum ac propugnaculum defendit, iuxta capellam S. Mariæ. Hic autem murus, ex magni Theatri hoc loci olim constituti, ruinis ædificatus est. In quo quidem Theatro candida marmorea Cupidinis statua mire artificioſa, inuenta, & ante Prætoriam domum urbis Gaditanæ constituta est. Truncus similiter Herculis, etiam ex candido marmore, magnitudine gigantea in angulo Ecclesiæ la Misericordia collocata.

17. Ruinae hic antiquarum Gadium apparent, urbis quondam magnificæ, quam Strabo & veteres scriptores ad Occidentias Insulæ partes constituerunt, cuius fundamenta maxima, cisternæ, cellæ concameratae, & faxa ingentia marinis teguntur fluibus, ita quod pescatorum retia hic inuoluantur, & rumpantur sèpius, vt in primo urbis Theatro, in Gadium descriptione explicauimus. Certe magnam quondam urbem fuisse, & ex ruderibus ipsis, & ex vrinatorum relatione, qui de æreis portis & murorum reliquis, quas sub aquis frequenter inuestigarunt, mira referunt, & ex Strabonis commemoratione appetet. Qui refert eam urbem ita creuisse, quod post Romanam, cæteras mundi urbes anteibat. Et, cum illi ager nullus esset, omnes illius urbis incolæ ad nauigationem se contulerunt, in asportandis Romanis rebus mercatoriis; maximeque eis, quæ ab Hispania exportabantur. Adiecit etiam Strabo ad illius amplificationem, quod, cum census semel exigeretur ex ea, reperti sint in ea militaris ordinis equites aurati viri quingenti, quod nusquam in aliqua ciuitatum Italiae compertum, quam in Patauio urbe.

18. Nouum pescationis genus apparet hic cernitur, quod Gaditanorum industria ita instituit. Magnam maris partem, super impositis faxis ac scopulis, quasi obsepiunt & muro claudunt, quo dum pisces magna frequenter copia se recipiunt (recenti quippe argilla & luto delectantur) decrecente mari, recedere nequeunt: Et sic, quod delectabile visu, variis generis pisces, fine hamo & reti, manibus capiuntur.

22. Hic elegans & venusta Hoffmaglii Miniatoris præstantissimi manus mercandi modum expressit, quo Hispani cum Hollandiæ nautis in Gaditana Insula hærentibus utuntur, qui vt Hispaniam non callent linguam, ita nec hi Hollandiam. Et tamen merces suas, quibus delectantur Hispani, nullo accidente interprete, ipsis diuendunt, elatis digitis mercurium suarum pretium indicantes, tot enim erigunt digitos, quot realibus mercem suam æstiment.

24. Quando Triremibus, quæ quotannis in Indiam, vel ad qualemcumque Regis usus adornantur, remiges desunt, arte & eleganti dexteritate hoc hominum genus conquiritur, abiecta fordinis, vilisque conditionis, vagabundi ac validi, qui ultro nez, sed tamen annuæ seruitutis seipso mancipant. Prodit in publicum deputatus ad hoc, quem vocant Alquasillo de Corte, in erecto tentorio, ad mensam tapetum decenter stratum residet. In qua tria, quibus inescatur & facile capitur hoc hominum genus, adornata sunt fercula, aurea & argentea pecunia, aleæ & luforæ chartæ. Fortunæ & libertatis præmium proponitur, quatuor ducati, vel eorum valor lulli, siue Reales quadraginta quatuor. Accedunt bini & bini, charitas vel aleas, prout placuerit, & inter eos conuentum fuerit, eligunt, assidente supradiicto Alquasillo ludunt, victor præfenti pecunia & libertate donatur, vietus, statim ad triremes & annuam seruitutem abducitur. Ita Remiges cum lusu acquiruntur & gaudio.

G A D E S.



A B I T A N A E Insula latus australis hæc tabula repræsentat, in cuius suprema parte, venustrè exprimitur, quonam pacto Promotorium S. Sebastiani in mare se latè extendat, & qua ratione astiuo tempore contra Turcarum, Maurorum, & aliorum hostium excusione, qui piraticam hic frequenter hostiliæ exercent, admodum diligentes instituantur vigiles, iuxta duas præcesses turres, quæ inde Torres de Guardia nomen habent. Commeat eò singulis noctibus ciuium turma ex Gaditano oppido, hora undecima & vicissima altera hora noctis secunda, quibus præsum præfecti sive ductores duo, qui ex stramine, malleolis cæteraque materia incendio apta, faces ardentes hastis affixa sursum tollunt, quod excubatores in promotorio S. Sebastiani consipientes, ipsi pari ratione ignibus facibusque incensis, idem vigilæ signū edunt, quod ultra fretum in ipsis Hispanie limitibus in oppido Ronda simili correspondentia instituitur. & ex Herculeis turribus ad Insulam S. Petri, vnde Barcinonam vñque, & per totam quasi Hispaniam, quæ passim multas tales vigilariæ turres habet, quas Atalayas vocant, mutuis Vulcani indicis bis omni nocte se probè vigilare ostendunt. Quod si autem contingat piratas, vel hostes se aliquos prodere, excubitor statim tot ex statione sui exhibet faces, quot triremes in mari, bona obseruatione se confixisse existimat: Si verò plures sint, quām is obseruare, vel obscura nocte satis accuratè numerare queat, faces ignesque ex turri & specula sua frequentes, abique vñius numeri consideratione, deorsum in terram deicjunt, vt hinc proximus excubator intelligere queat, quidnam periculi imminent, & quid excubatori proximo simili indicio significandum veniat. Quod si verò contingat predones piratasque ex nauibus rapinarum studio in terra descendere, quotquot in vicinia sunt pescatores atque ruricula statim ad has Attalayas turres sui conseruandi gratia, fuga sibi consilunt, turres confundunt, & portis (quæ angusta & ferreae sunt) clausis, scalas ad se attrahunt. Et quia hostes, tota vicinitate, tanta excubatorum vigilanti diligentia excitati, diutius in continentem, tutò hærere nequeunt, non admodum diu in necessaria hac captiuitate, innocentes detinentur.

De Gadibus porrò hæc, quæ sequuntur, Benedictus Bordonius, Gadira, Græcis, Gades, Latinis Erythea, ab his qui ex Erytheo mari illuc appulerant, nominatur. Alij Iunonis Insulam, nunc Gades appellant. In longitudinem trans Alpes milliaria 40. se porrigit, viros præstantes gignit & educat. Quin hoc vnum oppidum eodem tempore 50. equites suppeditare potest, quod vix de vlo Italie oppido præterquam de Padua fertur. Fuit & quidam oppido Neopoli ortus vir celebris, qui rebus magnificè gestis gloriòsè triumphauit. Porrò Incolæ horum oppidorum, Gadij scilicet & Neapolis, vrbem simul construxerunt, eique Didimus nomen indiderunt, vbi summa ad delectationem amenitas inter cætera etiam fœminæ intemperantes quandam, & in omni libidine petulantæ, effusæ, dicaces, Romam sèpius, quæltus habeadi causa excurrebant: Masculini sexus persona scurriliter faceti, cauillantes, moriones, saltatores, fraudulentæ, & callidi, quorum exercitiorū studio multi ex varijs Europe locis illuc cōmeabunt. De adificatione GADI hæc memorant. Tyrios olim Apollinis oraculum confuluisse, quonam loci vrbem fundarent, illiisque responsum, ad Herculis columnas. Quas cum attigissent, arbitrii mundi illuc finem, in vrbe ad occasum sita, fanum quoddam, super ærea columna octo cubitos ob longa exercent, meridie recipient que res postoris occasionem Herculis columnas nominandi præstitit. Quod itaq; illuc tanquæ in portu ex longa nauigatione venissent, solene statuerūt Herculi sacrificiū; existimantes illius opera se illuc fallos apulisse, peruersi à flaminibus ibi extremos Orbis fines terminari, nec vterius nauigari licere. Polybius refert in fano illo temum aquam dulcissimam scaturire, cuius effectum maris aquæ directo contrariari: hac scilicet crescente, illam decrescere, nec pariter exhaustiri. Causam hanc volunt. Aerem, qui ex terra visceribus exhalatur, dum crescente mari clauditur, impedit, & in inferiores partes repelli, vnde fontis cursum reprimat, & exinde aquam sustineat: verum decrecente mari, terra superficies aquis liberatur, & per hoc aer etiam solutus, naturaliter erumpit, sicque fonti nullo amplius impedimento difficito aqua lucenter suppetat. Incola vulgo hoc miraculæ instar Herculi acceptum ferunt. Arbor etiam illuc conspicitur ramis in terram propendentibus, cuius frondes gladij formam exprimunt, cubitum longi, & quatuor digitos lati, fructum fert palato suauem, vbi ramum quis amputat, lac emanare, radicem euulsam instar rubri minij fulgere. Pascus huius Insula adeo fuscus & vbera, vbi pecora ibidem palantia tale lac suppeditent, quod non per se, sed cōmixta lympha coagulari & caseus formare necesse sit, quin, ne menstrue vena pecoris illis incidatur, nimio ab domine suffocandam eruitur. Et hæc ratio adserit, cur Geryonem eodem loci armenta sua paucis comminiscantur, versus Alpes Betica sita est. In Oceano Occidentalè a freto Herculeo sexaginta milliaribus distans Pindarus vates Gaditanam nominat, collocatur in quarto climate, decimi paralleli, dies longior, horis quatuordecim & semis computatur.

Inferior hæc tabula pars typum exprimit pescaturæ Thynnorum, quæ in Gaditana hac Insula à prima Maij ad 15. Iunij diem inter duas Herculeas turres quotannis instituitur, quamdiu inducere permittunt omnibus banditis, validis mendicantibus, profugis & vagabundis, vt mercede conducti, in pescatione ista laborent. Ipsi pescationis tempore omnis vicina his turribus Insula Regio, iusto quasi exercitu & castris occupata est. Multa enim passim fixa caduca, & ereta tentoria, tabernæ, cenoplia, cauponaria videtur, nec Veneris officinae desunt. Magna populi frequentia tam ex Gaditanæ vrbe, quām ex ipsa etiam Hispania, pescationis vñfenda gratia huc spaciatur. Thynni pescis in Oceano Germanico degunt. Mensibus verò Maio & Iunio, dum generare intendent, naturali ductu angustum locum & vehementiore maris fluxum inquirunt, quem nusquam commodiorem, quām in Herculeo freto inueniunt, vbi totius maris impetus, in trium milliarium angustias coarctatur, huc igitur gregatim magno numero, certo anni tempore cōmant, quorum immensam multitudinem, iucundo ac sollemni spectaculo Gaditani capiunt. Et id quidem hac ratione. Tres cubitos vt plurimum longi sunt, crassi per medium, quantum vtrisque vñis iustæ magnitudinis homo complecti potest, vtrique in remi modum gracilescunt, fusco & subceruleo colore, dorso extra mare proeminent. Erdum magno agmine in freto passim nature ab eo videntur, qui ad hoc in turri vicina constitutus est. Is linteo pescatoribus passim in cymbis cum retibus & laqueis latibus signum edit, ex quo ipsi iam ad nauigandum & retia (quæ longa sunt ex chordis grandioribus) explicanda intelligunt. Quod dum solerter ac gnauerit faciunt, Thynnorum multitudinem sensim ac paulatim ad Insulae solum adegunt, & quandoque duo milia, quandoque ultra mille octingentos, sexcentos, vel quingentos vna vice larga, pericunda & fructuosa captura irretiunt. Qui dum se captos, & terræ vicinos animaduertunt, saliunt & tumultuantur valde: sed eos hoc modo tumultuando adnatante expectant, & singuli, singulis, nudi, in mare occurruunt, habentes in brachio chordam, cui alligatus est vncus (hos hamiotas proinde non male dixeris) quem pisci injiciunt, & chordam illi helluant, donec vehementer volutando exanguis deficiat, & sic captiuum ad se pertrahunt, & in designatam ad hoc institutam publicam domum, La Stanca nuncupatam deferunt, vbi fructatim cœsos in casis & tonnis sale condit, & magno questu in Hispania & Italia vendunt. Ex capitibus & spinis adustis, multum liquoris & abdominis conquirunt, quo pescis instar in natum obturazione vtuntur. Fortasse

& Strabo Geographia lib. 3. de hac aut simili pescatione intelligendus, quando
inter cætera scribi, Frequens autem Thynnus magnus, &
pinguis horsum impellitur.

La muy noble y muy leal ciudat de Cadiz




Effigie et communicavit Georgius Koufnaglius

Almudaria de Cadiz
SIVE THYNNORVM PISCATIO APVD GADES

- | | | |
|---------------------------------|--------------------------------|-----------------------------------|
| 1. <i>Aldeas de Gómezano</i> . | 9. <i>Pontal</i> . | 17. <i>Ponte de Sonez Lucas</i> . |
| 2. <i>Sonez Serraviano</i> . | 10. <i>Garratas de Safia</i> . | 18. <i>Normana</i> . |
| 3. <i>Sonez Cachorro</i> . | 11. <i>Torres de Márquez</i> . | 19. <i>Ribeira</i> . |
| 4. <i>Aldeas de Sonez</i> . | 12. <i>Arco de Mercadela</i> . | 20. <i>Catávella</i> . |
| 5. <i>Aldeias meioras</i> . | 13. <i>Senca</i> . | 21. <i>Faia Brava</i> . |
| 6. <i>Aldeias de Sonez</i> . | 14. <i>Aldeia das Flores</i> . | 22. <i>Aldeia de N. Maria</i> . |
| 7. <i>Poerias do muro</i> . | 15. <i>Lagoa das Flores</i> . | 23. <i>Aldeia Orceiro</i> . |
| 8. <i>Comuna para la yade</i> . | 16. <i>Herreras d'España</i> . | 24. <i>Aldeia Vizela</i> . |





HISPALIS.



HISPALIS, eius Hispanie Provincia Metropolis, quæ cunctas diuite cultu, & quodam fertili, ac peculiari nitore præcedit, Bæticam veteres à Bæti fluij, recentiores Vandalusiam, à Vandals, eam posteriore seculo occupantibus vocarunt. Quæ quidè Hispalensis vrbis omnium totius Hispanie vrbium ornatissima, cultu, & elegancia ciuum, & quodam priuato, & quasi nativo splendore, nulli totius orbis secunda: pietas in ea, & bonum artium studia, & nobilitatis exercitamenta apprime florent: diuitias etiam, & opes, quantas nulli vnuquam Regno aut Imperio quamvis excellenti, nisi vni forsitan Romano, contigisse legitimus, in eam congeturæ sunt. Ipsa enim omnium Europæ vrbium opulentissima, quas ab altero penè terrenarum orbe, quem prima aperuit, immensas, nec villis prius faculis auditias diuitias accepit, in vniuersum Christianum orbem largè diffundit, ac ipsos etiam Barbaros, qui penitiora Asia arque Africa Regna colunt, abundè locupletat: Centum, & amplius auri millions per aliquot annos in Basilica Indici commercij commentarios, bona fide relatos, cōstat, & hinc æstimare licet, tantundem certè à vñoribus occultatum, ne Rex ad tēpū mutetur, timetibus, quid si infinita, & pene incredibilē opum vim expendamus, quæ ad hæc tēpora à principio Melantica navigationis è conuicta est, binis classibus quotannis non aliò mercium genere, quā auro & argento onustis, & eo plerumque faburratis ad nos redeuntibus: Sed hæc peregrina, & aduenticia quisquam dixerit: porrè, proprijs diuitijs adeò pollens est, vt Regi suo, cuius nomini ac maiestati deuotissima est, sequimillionem aureorum in singulos annos obsequijs, & vecligaliū ergo, libenissimè reddat: quantum multi Princes ex integris Regnis corraderet vix possunt. Versantur ibi hospitium & adueniarum, mercimonij causa innumerabiles turbæ, ac præter hos, censæ sunt in ea, à proximis annis viginti quatuor ciuum priuatas domos aut domicilia habentium in viginti octo tribus diuina, quarum prima D. Mariæ titulo, & fano insignis est, & nullum habet Christianus orbis excellens, si operis amplitudinem & maiestatem, facia quadam hilaritate, & pulchritudine venerabilem, & turrim summam celitudinis, è qua statis horis signum dat, editissimo & operosissimo fastigio admirabilem spectat, vnde in vniuersam vrbe & latissimè circumiacentes campos, iucundissimus est prospectus. Quid Regi arcis ornamentiæ verè Regia deservit? quæ nullam elegantioris strudatur, aur gratoris voluptatis Hispani Reges habent, quid præterea lumperuosa Ductum, Comitumque, & illuxtrium procerum palatia; quid amoenissimis fontibus & virtutis ornatus ciuatus ædes memorem: præterea antiquos aquarum riuos, longè per arcus, in variis vrbis regiones deriuatos, & recentiores S. P. Q. H. ingenti sumptu & industria ad Herculanas, quas vulgo vocant, columnas deducatos, & publice voluptati dicatos, palustri, & viginosa vastissimæ amplitudinis area, confutatis arboribus, in pulcherrimum viridarium reformatæ, & latissimis spatijs in circi speciem ad discursiones & voluptuarias inambulationes reliqis. Iam vñor suburbanos hortos omnibus delitijs, & amoenitatibus refertissimos, rotis, per agros, & ad Bætis ripas magnificissimè exstrata prætoria quis dignis laudibus prosequatur? è quibus commeantes, & ex vtrroque orbe redeuentes quotidie spectare licet. Ipla enim Hispalis Oceani Regina, quæ ambo in Bætica Provincia Vrbis mari Gaditano Bætique flumini iunctæ ortu, & appellatione eruditorum hominum turba non candem sententiam tenet. Isidorus lib. Originum 15.ca.i. Hispalim à situ cognominatam ait, eo quid in loco palustri suffixis profundo palis, locata sit, ne lubrico atque instabilis fundamento caderet. Idem Ioannes Gerundensis lib. I. Paralipomenum Hispaniarum scribit. Benedictus Arias Montanus Hispalensis ad Clarissimum virum Abramham Ottelium Antwerpianum, Cosmographum Regium, ita de partibz sua nominatione scribit: Hispalis nomen Phœnicum est, ex spila vel spala deflexum, quod planitiem sue vñitatem Regionem significat, qualis ei⁹ territorium conspicitur. A Gracis vñro addita est alpiratio: Arabes autem, quid P. literari non habent, ob idque pronunciate nequeunt, serè ad nativam vocem referentes Sibilla dixerunt, deinde Christ: annum vulgus Seuilla, vt nunc appellauit. Silius Italicus Hispal: Philostratus Ispol, Ptolomæus Ispalim, Decretæ Spalim. Episcopus Gerundensis scribit eam à Strabone Iuliam Rontuliam nominari. Quod etiam Isidorus in suis Originum libris refert. Qui, Hispalim, inquit Cæsar Iulius condidit, quam ex suo nomine & Romæ vrbis vocabulo Iuliam Romanam nuncupavit. Apud Plinium legitur, Hispalim Coloniam Romulensem cognominari. Vnde putatur Iulij denominationem, vulgari idiomate, in hodinum vñque diem retinere, vt ab ipso Iulio Cæsare Ciuitia, id est, Ciuitas Iulia, appelletur. Sed Iulium Cæsarem Hispalim confutuisse, cum Historiatur veritate non conuenit, quum apud Titum Liuium, Commentariaq; præfati C. Iulii Cæsaris, ac Lucium, plurimosq; antiquiores scriptores, fiat eius mentio; potuit tamen Iulus Cæsar illam instaurasse labentem, auxisse ac dilataisse. Franciscus Tarapha lib. de Hispanie Regibus, hæc de Hispalio commemorat: Hispalus filius fuit Herculis Libyci, qui à patre Rex creatus Hispanias accepit, test Berolo, anno 36. Balci Regis Assyriorum, id est, ante humanæ salutis aduentum, vt in Eusebijo computatur, M.DCC.XXVII. Hic Hispalim ciuitatem, quæ nunc Sibilla vulgo Seuilla dicitur, condidit, & tota Hispania quasi Hispalia, ab eius colonijs dicta, vt assentitur Rodericus Toletanus Antilites, insignis historicus. Est Hispalim ciuitas ad mare Gaditanum, vbi sunt æstuaria, id est, convalles replete marinis aquis, inundationibusq; Pelagi: per quas instar fluuiorum, nauigantes ascendunt ad vicina oppida, Regnauitq; Hispalus, testis Beroso, anno xvii. Hispalim porro Marineus Siculus lib. de reb. Hispanicis xix, ita paucis describit: Hispalis & Corduba sunt Bætica Provinciae Ciuitates, in tipa Bætis fluminis expositiæ, quarum Hispalis aliquanto maioris est incolatus. Hancab Hispano Herculis nepore conditam fuisse, vulgus asserit. Cuius ego sentientia nec accedo, nec refragor. Incertum est enim, quod nec auctore, nec ratione probatur. Verum enim uero ciuitatem, sit opus, vrbis est maxima & opulentissima, meoq; iudicio multis Hispaniæ ciuitatibus, ne dicam omnibus, anteponderat. Est enim ambitu magna forma rotunda, visu pulchra, templis celebris, sacerdotibus exculta, & multis equitibus nobilis, ciuibus plena, domibus insignis, plateis & vici hilaris, hortis & fontibus amicta, tuta propugnaculis, mœnibus cincta, defensâ portis & turribus, campis iucunda, agrorum frugibus abundans, olivetis & magnis oiliis & oleo felix, mercatorum commercijs diuines, attributis adornata mechanicas, & liberalibus studijs illustris, plena multis pœnū generibus & magnis ostreis, palmetis & palmulis & arborum fructibus exuberans, ostio maris & nauigabilis lumine ligneoque ponte, quem parua nauigia catenis compactum sustinet, admodum delectabilis. Bætis enim annis nobilissimum Hispalim non sine communitate singulari exornat. Quod quidem in eo semper declarat tanta nauigiorum multitudine, quanta vix in vñlo Maris portu hic apud Hispalim inuenitur, vnde amplissimorum commerciorū & multarum diuiniarum occasio, Cuius etiam aqua, ad incendiadas lanas plurimum valer, quam Martialis hoc modo commendauit:

Bætis olifera crinem redimite corona,

Aurea qui nitidu vellera ringit aqua.

A quo etiam, vt Strabo & Plinius afferunt, Bætica Provincia nomen accepit. Et Seneca quoque refert:

Nomenq; terræ, qui dedit Bætis suum.

Ex hac igitur situs, commerciorum, portus, maris ac fluminis oportuna commoditate, vero & sincero omnium iudicio est natum vulgi adagium.

Hominibus, quos Deus amat, Hispalis domum largitur & vivitum.

In ea siquidem multo melius vivitur & abundantius, quam in alia, quantumlibet vrbe ditissima totius orbis. De cuius templo maximo, & nauigiorum numero L. Marineus Siculus alio loco præclara scripsit, & nos hoc vrbium Tomo magnificam eius Ecclesiæ Turtim peculiaria latmina accurate delineatam separatis exhibemus.

De Hispalensis Ecclesiæ magnificencia, hæc Franciscus Paciecius: Huius Ecclesiæ maiestatem dignitatemque & opulentiam, breui compendio dicere non possumus, hoc sicut sit, quantum ex collegasticis rationibus colligimus, ipsi Anistiti centum & amplius aureorum milia



A. Quemadero
B. Nuestra Señora de Abundia
C. Puente de los Alarcos
D. Puente de Calatrava
E. Rio Guadalquivir
F. San Juan del Fortín
G. La catedral
H. El dízico o Real
I. La yedra mayor
K. El matadero KK quartos.

SEVILLA

Qui non ha visto
non ha visto maravilla

L. Santa Cruz. M. Castillo de la
M. x. Alcazar
N. S. Agustín
O. Cármen de Carmena
P. Canales para grande
Q. La catedral
R. Almudar
S. Exequias de hermanos de los
carmelitas patentes
T. Ejercicios de diligencias públicas

Meridies

Oriens

D. NICOLAO MALEYART AMICO VE TERI ET CONGERONI HISPANIENSIS EPIDISSIMO GEORGIVS HOVENAGLIVS AMICITIE MONUMETV D. ANO CIJ ID XCII. FRANCOF. AD MOENVM.

lia anni reditus cedunt. Primiti templi sarta tecta 30. & amplius millia. Senatus vero Ecclesiæ 12000. fert, quæ in Canonicos 40. & 11. prærogatiæ dignitatis sacerdotia, itidem in viginti portionarios, quos vocant, totidemque semiportionarios fôdales distribuuntur, ea lego, ut Canonicæ & dignitates ex diurno canone ad bina millia aureorum quotannis accipiunt, portionarij quadrante minus, semiportionarij trienæ dimeno reddatur. Horum post præsulē summa auctoritas post Decanum est, cuius dignitas 500. aureorum censetur. Sunt præterea in ea Ecclesia sacrifici 20. quos à numero, Vicenarij vocamus, qui non èturnis diurnisque plalmodijs assidui, ducentos & amplius aureos merentur; & decenniali alij sacerdotes, qui ex priuatis sacerditali satis commoda ferunt stipendia. Beneficia adhæc per omnem diœcesim opima sexcenta ferè, quorum multa singulis, & binis etiam aureorum millibus censentur: minorum vero sacerdotiorum quas Capellani vocant, duo millia ferme numerantur. Sunt etiam in hac Diœcesi innumera Monachorum & sacrarum Virginum monasteria, in quibus multum religio vigeret, & in illis etiam sacrarum literarum studium, cum magno Reipub. commode viget, multa ex his seña aurearum millia anni reditus fuerunt. Certe, vnum Carthusianum, quod ad Berim in ipso Hispalis prospicere magnificissime extrectum est, supra 25000. refert. Longe sit etiam hospitales pauperum domos recensere, cum in una Hispali tantum, ultra centum viginti numerentur egregie dotatae, ut multæ 800. aureorum, nonnullæ 15000. annuis locupletatae sint.

Atque hæc ex varijs Hispaniæ scriptoribus excerptissimus, ad qua & alia longè maior felicitas accedit, quam Valsus in Hispaniæ Chronico consenserat: Stat abundans diuinis & delitios nobili præcincta chlamyde Hispali, patronis infinitis suffulta glorio sis, sub cuius alas & pallio hi sancti pugiles & bellatores incliti pausare elegerunt, vsque ad consummationem seculi, qui hanc urbem nocte dieque munimine iugis non defuerunt, ac in conspectu Domini pro eius salute, sine intermissione precentur. Hi sunt S. Carpophorus & Abundius, S. Petrus, S. Flórentinus, S. Iustus & Rufina virgines, partim sub ipso Daciano, partim sub Diogeniano Daciani Legato. Corpus B. Iustæ ex altissimo puto, in quem proiectum erat, & ossa B. Rufina, cuius corpus in amphitheatro combustum fuerat, à venerabili Sabino Episcopo, in cœmiterio subiit Hispalensis sepulta fuerunt.

Denique, ut præstantes arbores boni commendant fructus, ita insigni ornamentum urbibus conferre solent heroicis viri, eruditio, rebus magnifice gemitis, & virtutibus præstantes. Sic inter alios multos insignes viros, quorum celebris est apud Scriptores mentio, qui Hispalim ortu condecorarunt, nostro ævo exitit Benedictus Arias Montanus, nobilissimus & summus Theologus, plurimarum linguarum vulgarium & eruditarum cognitione admirandus, & homo planè incomparabilis, secundum & locuples diuinu munere ingenitum. Testantur id opera quæ summam eius admirationem apud omnes excitant, inter quæ primas sibi meritò vendicat veteris ac noui Testamenti ad Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, & Syriacam linguam translatio: deinde Commentariorum opus in duodecim Prophetas, & in reliquias maiores paraphrasis, Liber Generationis & Regenerationis Adam, siue de Historia generis humani. Opus de optimo imperio, siue in librum Iosuæ Commentariorum, Davidis Regis ac Prophetæ aliorumq; psalmose Hebraica veritate in Latinum carmen concordit, Hymnos scripsit & secula vario carmine genere, Dictatum Christianum, siue communes & aptas omnium discipulorum Christi partes. Quatuor diuerfi- rum poëmatum tomos. Atque hæc quidem tanti viri opera ad meam Bibliothecam venerunt, sic plura, quæ non vidi, recensere nequo.

Non hic longa oratione commemorabo, quæ capax & ampla nauium statio, quanta Bæris am cenis, quæ longè aquæductus se extendant, quantas opes Hispalenses ex novo orbe annua navigatione percipient, quanto sumptu & apparatu classis Regia hic adorneretur, quæ preciosæ merces, quæ variae & exoticæ res ex vniuersa India, Bæsilia, Æthiopia, Arabia, Africa, in hanc urbem singulis annis inferantur. Sed Hispalini tantum egredientes, agrum vicinum contemplabitur. In quo, mirum dictu, quæ excellitia antiquitarum monumenta ex terra visceribus eruantur, ut peculiari tabula hoc opere explicauimus. Suburbani vero soli vberitas maxima, in quo villa, horti, cultu & aspectu gratissimi, & amoenissima oiueta conspicuntur, in quibus condensæ arbores, ardentiore meridianæ sole, umbras, secessus & recreacionis occasionem præbent.

In vicino urbi agro Domus amplissima visitur, El Mattadero intincupata, in quæ optima politiz ratione tractantur oves & boues, & varia pecora campi, quorum carnes Hispali ciuibus & inquinis diuenduntur. In latissimo vero campo, iuxta hanc domum, incundissimum spectaculum præbet Taurorum venatio, quos robustissimos ibi ligant, capitis ac pedis rotobis præstantes, in quos molosso & magnos incitante canes, quibus, per se alioqui ferocios, truces actorios, prænquam eos mactent, efferae solent, ita ut in canes magna ferocitate insilentes, ignem naribus spirent, terramque pedibus feriant, in altum spargant arenam, frontem semper canibus offerant, & cornibus hostes infestent, & tanto impetu appetant, ut eos cornibus ferientes in aerem alte projiciant, & in cornuum cuspides excipiant decidentes.

Denique tam multa de hac urbe præclaræ commemorari possunt, ut natum sit inde & tritum verulatae dictum, Qui non barifio Seville, non barifio maravilla. Scribit Fortitium fidei, quod Fernandus secudus eius nominis, octauus Rex Catellar, considerans, quod ciuitas Hispalensis etat de principalibus mundi, quia receptaculum terræ & maris, itaque magno desiderio illam Christianis restituam cupiuit. Vocato ergo Raymundo Bonifacio, tunc Admiratio, classem per mare adornari mandauit contra Hispalenses, Rex vero per terram eam magno exercitu venit. Et sic terra & mari, artissimè obessa est ciuitas per menses XVI. Et tandem profligatis Saracenis, Anno M.CC.LXXX. in die S. Clementis, occupata, cum multis alijs Hispaniæ ciuitatibus vicinis. Anno 1626. sub initium Marij, subita velociq; rapidissimarum aquarum inundatione non mediocrem prædicta Urbs accepit stragem, maximâ pecorum campi, boum, ouium, multitudine submersa, complurimisque domiciliis non sine incolarum habitatorumq; numero, destrutis, extintis ac suffocatis.

S. IVAN DEL FORATCHE.



ISPALIS, ut est celeberrima Hispania, & in ea Bæticæ ciuitas, quæ opida plura, quam aliæ Regiones, numerat, ita præ cæteris huius Regni prouincijs, nobilium, magnatum ac Regum sumptuosis ædificijs maximè decorata fuit, quam felicem ac beatam interpretantur: inter quæ S. Ioannis del Foratche, primo ab Hispalis lapide, veteris castri ruinæ, incredibili magnitudine, collem occupant ad Bætim flumen vulgo & Arabico idiomate Guadaluqueuir, dictum, quod designat fluuum magnum. Ex cuius ruderibus & erutis antiquitatibus appetet eam arcem à Gothis quondam constructam fuisse.

I E R E N N A.

HERENNA, famosus prope Hispalim locus, ob mirabilem saxorum in circuitu dispositionem, tanta multitudine in terram defixorum, quasi celesti pluuiia huc delapsa fuissent. Terræmotu factum putatur, quo multa ædificia Hispalis & Cordubæ & vicinis in locis frequenter corruerunt. Ad delectationem quoq; eorum, quos antiquitatis studium capit, momentorum quorundam descriptionem subiungimus, quæ anno M. D. LXV. in suburbis Hispalensib. inuenta fuere. Quod ubi cōmunitati Hispalensi hæc fama innotuisset, quasi veneranda sanctiorū corpora, hinc reperta fuissent: Hispalenses incola pro singulari in catholica religionem affectu, tam frequenti concursu, ad visendū hæc monumenta excurrerunt, & loci terram, tanquam martyrum sanguine consecratā, secum in virbē retulerunt, vt nisi magistratus authoritate portæ clausæ, & tantus populi feruor cohibitus fuisset, totū suburbanum hunc fundum abstulisset. Talia autē inuenta fuerūt.

CAPS A plumbea ouï forma (cui inerat eiusdem formæ vitrum refertum cineribus ossibusque exusti corporis humani, superimpositis tribus lachrymarum vñulis) reperta sib terra in sububio Hispalensi (vulgò el tablado) in ruscuso Henrici van belle, mercatoris Flandri, Anno 1565.

2. Sepulchrum septempedale ex solido marmore excisum, cui inerant ossa nobilis fœminæ Christianæ, vt apparebat ex superimposito coperculo marmoreo cum inscriptione sequenti, in eodem sububio, eodemq; tempore repertum.

PAVLA CLSA FEMINA, FAMVLA XPI.
VIXIT ANNO XXIV. MENSES DVO.
RECESSIT IN PACE DIE XVI. KAL.
FEBRVARIAS. ERA DLXXXII.

3. Sepulchrum forma, magnitudine & materia omnino priori simile, & illi coniunctum, continens itidem nobilis fœminæ Christianæ ossa cum hac inscriptione.




CEREVELLA CLSA FEMINA, FAMVLA
XPI VIXIT ANNO PL. MVS XXXV.
RECESSIT IN PACE III. KAL. FEBRVARIAS DC.


4. Lapis quadratus in eodem loco, eodemque tempore sub radice peruetustæ nucis repertus cum sequente inscriptione.

NOME VIXIT ANNO ET MENSIBVS VIII. DIEBVS XII.
H.S.E.S.T. T. L. hic sita est sit tibi terra leuis.
NOME EVIT NOMEN, HÆSIT NASCENTI CVSVCCIA
VTRAQUE HOC TITVLQ NOMINA SIGNIFICO.
VIXI PAROM DVLCISQ. FVI DVM VIXI PARENTI
HOC TITVLQ TEGOR DEBITA PERSOLVI.
QVIQ. LEGIS TITVLVM SENTIS QVAM VIXERIM PAROM.
HOC PETO NVNC DICAS SIT TIBI TERRA LEVIS.

5. Monumenta siue sepulchra communia ex lateribus coctis exstructa, ac fornicata, quæ passim in illo suburbanio Hispalensi permulta ac penè innumerabilia quotidie, in subruenda terra reperiuntur, ita ut qui in illo territorio fundum exstruendis edibus emunt, tantam vim laterum sub terra inueniant, vt super terram ædificio pænè sufficiant.

6. Maioris Hispalensis Ecclesiæ turrim hic separatim exhibemus, ob insignem venustarem & artem, quam Mauri cocto ex latere, dum ipsi in Hispania rerum potirentur, tanto sumptu & artificio construxerūt, vt in admirationem spectantes rapiat, cochleam intus habet, per quam eques ad quadraturæ summitatem commodè ascendere potest. Superiorem verò ædificij & Campanarum ornatum postmodum Christiani addiderunt in cuius circumferentia capitalibus his sculptum T V R I S F O R T I S S I M A N O M E N D O M I N I . Prouerb, XVIII. In supremo turris apice Fidei est statua ære, magnitudine hominem referens, versatilis ventorum index.





ARCHIDONA.



ARCHIDONA, in Baetica Provincia Hispaniae oppidum, viam, quæ Hispali Granatam ducit, piano & eleganti situ ad montis radices, venustè exornat, rei rusticae, & pecuariae studio, nauiter suos exercet, cum pascuis & hortis abundet, Imminens, & mons in vertice castrum vetustate collapsum sustinet, in quo Mauri sua tenuerunt praesidia ad maximam Christianorum calamitatem, ad barbaram tyrannidem, qua multi annis omne Hispaniae Provincia, & præsertim hanc Baeticam diris modis afflixerunt. Ad quam exercitatem & continuandam tyrannidem, per totam Hispaniam diuersis in locis, varijs habuerunt Reges, quorum residentia & palati i regia, barbara quidem, sed fastuosa ac valde superba, in præcipui urbibus fuerunt, ut Tolet, Salmantica, Hispali, Corduba, Cæsar-Augusta, Granata. Hi, non tantum sua Residencia, quam potuerunt maximè firmarunt, sed & diuersas excitando arces, vias occuparunt, & transitus, quo tutiores in sua Regia sorent. Hinc varia castra vetustate collapsa, præsa Maurorum & prædonum latibula, hoc etiam tempore in Hispania passim supersunt. Quale etiam illud fuit, quod Archidonæ vicinum commemorauimus.

Eadem hac via, quæ ex Hispali Granatam ducit, præcelsa est rupes, ex plano campo emergens, quæ ex memorabili suo duraturo amoris exemplo, famam & nomen sortita, ut Hispania La penna do los enamorados. Hoc est, Amantium rupes, diceretur. Et id quidem tali ex causa. Cum regnum Granatense Mauri adhuc pareret, & graue bellum inter ipsos & Christianos flagraret, quodam in confictu, inter ceteros, captus Christianus quem Maurorum Rex, ob formam, morum & conuersationis venustatem, libertate donauit, eundem apud se in aula retinens. Porrò, sensim inter hunc & filiam Regis, tanta & tam casta coajuit familiaritas, ut ipsa Christiana pietate imbura, & matrimonij fide obstricti, ad Christianos conarentur elabi, & sic fuga, n cum ipso, clam molita sit. Cum itaque Rex diligenter illos persequeretur, in hanc rupem, ut ibi delitescerent, fugerunt: posteaquam vero se detectos, & rupem a Mauris vnde circumseptam animaduerterent cacumen rupis ascendentibus, territi supplicio, quo se à Rege afficiendos metuebant, mutuo amplexu, participes se dederunt.

Ad cuius quidem rei memoriam, in rupi cacumine, & in publica via, crucis erexit evidentur.

IN MEMORABILEM MVTVO SESE DE PERIVNTIVM HISTORIAM EIKOSO STICHON.

Hesperia occiduis dum quandam obnoxia Mauris.
Terra antiqua, potens armis, atque ubere gleba,
Bellaz, sume flagrarent sanguinis haustus:
Tristem ubi non fausto tentassent omne pugnam
Christicole miseri tuga sub seruilia aguntur,
Nescio quis rax & inuenis sub imagine forma,
Ob bene compositos artus, vultusq, decorum,
Principe libertatem virus mandante capebit,
Post sensim av laudem virtus interrita clivo
In primis GNATÆ REGIS dedit inlyta famam,

Illius incutiens malefusadum in peccatis amorem:
At venus in molles magis insinuata medullas,
Ex equo ut captis flagrarent mentibus ambo.
Cumq, Philommeidæflammam celare nequirent,
Maurorum unanimes statuunt excedere Regno
Per saltus, per opa loca, occultosq, recessus.
Rex hos insectans fugientes prepete nisu
Moratis in anfractu rupem subiere cruentam,
Cumq, omnis iam elabendisq, irrita casses,
Precepit amplexi scelè iecere Colosso.

Occasione huius fugæ, aliam duorum Christianorum à Saracenis captorum, quia venusta, elegans, & quasi miraculosa, hic recensere placet, quam D. Hieronymus in vita Malchi captivi Monachi describit: In qua seruatae castitatis & pudicitiae meritum elucescit. Malchus monastice vite mancipatus, post aliquot contra Abbatum sui consilium, ad patriam redit. Has professiones sua causas allegans. Iam, inquit, patrem mortuum audieram, ut solarer viduitatem matris, & exinde venundata possiuncula, partem erogarem pauperibus, partem monasterio constituerem, & quid crudelico confiteri infidelitatem meam, partem in sumptuum meorum solatia reseruarem. Verum sero consilij sui pœnitens, à Saracenis in comitatu septuaginta Christianorum capitur, & cum altera muliercula, in vnius heri seruitutem sortitus venit, atq; his oves pacenda tradebantur. Dumque firmo castitatis seruanda propositio in eremo fideliter Saraceno Domino suo, in pastorali hac cura simul inseruunt, initio tandem consilio, fugam meditantur, quam ita D. Hieronymus describit.

Erant, inquit, mihi Malcho in grege duo hirci miræ magnitudinis, quibus occisis, vtræ facio, eorumque carnes viatico præparo, & primo vesperi, putantibus nos dominis secrete cubitare, inuidamus iter, vtræ & partes carnium portantes, cumq, peruenissimus ad flumen, nam decem millibus aberat) inflatis confessisque vtribus, quis nos credimus, paulatim pedibus subremigantes ut deorsum nos flumine deferente, & multo longius, quam condescenderamus, in alteram nos exponente ripam, vestigium sequentes perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex parte lapæ, vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus ad satietatem, futuri si nos præparantes. Currimus, post tergum semper aspicimus, & magis noctibus prouochimus, quam diebus, vel propter infidias latè vagantium Saracenorum, vel propter ardorem solis nimium. Paucelico miser etiam referens, et si tota mente securus, toto tamen corpore perhorreco. Post diem vero tertium, dubio prospectu procul aspicimus duos camelis insidentes venire concitos, statimq, mens mali præsaga, putare cœpit dominum meditari mortem, solem cernere nigrescentem, dumque timemus, & vestigijs nos proditos per arenam intelligimus, offertur ad dexteram specus, longè sub terram penetrans. Igitur timentes ve-

nena-



nenata animalia, (nam solent viperæ, reguli, & scorpiones, cæteraque huiuscemodi, feruorem solis declinantis, vmboram petere) intrauimus quidem speluncam, sed statim in ipso introitu sinistra nos foueæ credimus, neq; iaquam ultra progredientes, ne dum mortem fugimus, incurramus in mortem: illudqne nobiscum reputantes, si iuuat Dominus miseris, habemus salutem: si despicit peccatores, habemus sepulchrum. Quid putas fuisse nobis animi? quid terroris, cum ante specum haud procul starent dominus & conseruus, & vestigio indice iam ad latebras peruenissent? O multo grauior expectata, quam illata mors. Rursus cum timore & labore lingua balbutit, & quasi clamante domino, mutire nō audeo. Mitit seruum, ut nos de specu trahat: ipse camelos tenet, & euaginato gladio, nostrum expectat aduentum. Interca verò, tribus ferè vel quatuor cubitis introgresso famulo, nobis ex occulto tergum eius videntibus (nam oculorum istiusmodi natura est, vt post solem vmboram intrantibus caca sint omnia) vox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri: quid statis? quid moramini? exite, dominus vocat, patienter expectat. Adhuc loquebitur, & ecce per tenebras aspicimus leænam inuasissimam hominem, & gutture suffocatum, cruentum intro trahere, IESV bone, quid tunc terroris nobis, quid gaudij fuit? spectabamus, domino nesciente, hostem nostrum perire: qui cum videret illum moras facere, suspicatus est duos vii resistere: fed iram differre non valens, sicut tenebat gladium, ad speluncam venit, & furore rabido serui increpans recordum, prius à fera est tentus, quam ad nostras latebras perueniret. Qui sunt, qui hoc crederent, vt ante os nostrum bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similiis ante oculos nostros versabatur interitus, nisi, quod tuus erat, rabiem leonis, quam iram hominis sustinere. Pauemus intrinsecus, & ne mouere quidē nos ausi, prestatolabamur euentum rei, inter tanta pericula pudicitia tantum conscientia pro muro septi. Leæna insidias cauens, & visam esse se sentiens, apprehensos mordicus catulos effert, nobisque cedit hospitium, neq; tamen fatis creduli, statim erumpimus, sed expectantes diu, egredi cogitantes, illius nobis semper figurabimus occursum. Sublato ergo horrore, & alia transacta die egredimur ad vesperam, videmusque camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant, præteritos cibos in ore voluere, & in alium missos, iterum retrahere: quibus ascensis, & noua sitarcia, id est, annona refocillati, decima tandem die ad Romana per desertum castra venimus, oblatique tribuno, rem ordine pandimus: inde transmissi ad Sabinum, Mesopotamiae ducem, camelorum pretium accepimus, & quia iam Abbas ille meus dormierat in Domino, ad hæc delatus loca, ne monachis reddo, hanc tradò virginibus, diligentes eam ut fororem, non ramen ei me credens ut sorori. Hæc mihi senex, Malchus adolescentulo retulit, hæc ego vobis narravi senex, & castis historiam castitatis expono, virgines castitatem custodire exhortor, vos, narrate posteris, ut sciat, inter gladios, & inter deserta, & bestias, pudicitiam nunquam esse captiuam: & hominem Christo deditum posse mori, non posse superari.

PALACIOS.

PALENTIA, vulgo Palacios, Hispaniae Bæticae oppidum, quod arcem peranti quam à latere adiunctam habet, quinque miliaribus ab Hispali situm, via quæ ad Gaditanum & Herculeum fratum ac S. Lucam tendit. ex agricultura & frequenti hominum transitu, visitat, qui hac labrissam contendunt, viam depresso rem tenentes, qua paludes & aestuaria fluminis (Marisim vocant Hispani) ad quinque miliaria se latè extendunt, & hyemali tempore, ex Bæti flumine virginosa sunt & innia, ita ut hac commodus non pateat transitus, sed altior sit tenenda via Alcantaram & Cabecam versus: vice versa autem & estate, tantis hinc sunt itinera obsita & contexta pulueribus, vt transitum ferè denegent, sed quemadmodum nauigantibus in mari opus sit vnu compassus, ne quis in maximo solis ardore, in via aberrans siti conficiatur. Neque enim mirum est, inuenire hoc transitu viatores aestu solis & siti mortuos. Itaque quibus hac proficiscendum, de vino sibi prouidere, & equorum ephippij, coreaceam lagenam appendere solent: Boratejas patria lingua vocant. Nulla enim in tanto puinque magnorum miliarium itinere inueniuntur hospitia, Cùm is locus ob aquarum abundantiam hyeme, ob intolerabilem calorem & estate sit inhabitabilis, & proinde incultus ac horridus. Imò, ne arbor quidem aliqua apparet, sub cuius umbra refocillari quis possit.

ALCANTARA.

ALCANTARA, Hispanis Alcantarilla, Pons est in Palentia quidem paludibus, sed ad latus sinistrum, meridiem versus à flumine Bæti aliquantulum disitus, & paulò editiore loco, structuræ magnificentia opus esse Romanum ostendit, & troque in latere majoris turris peristylia bases & capita columnarum apparent, quæ hinc ex viridi iaspide positæ erant, nunc in maiorem Hispalensem Ecclesiam, ad altaris ornatum translate. Hic pons ad Paludis difficultatem superandam constructus, à Lucio Marinese Siculo, cum Segouensi ponte lib. 1. de rebus Hispanicis cap. de Regni fluminibus, commendatur, vt, qui sit altitudine & oper & artificio mirabilis. Altera ex parte pontis Mesquita est vetus Maurorum delubrum, nunc pietati Christiana dicatum & semper clausum. Altera ex parte Venta, hoc est hospitium, qualia multa per totam Hispaniam conspicuntur. In Castilia duorum aut trium dierum iter confeceris, vt nec pagum, nec oppidum, sed eiusmodi Venta inuenias, ad quæ quietis & refocillationis causa diuertas. Horum vero locorum, quemadmodum & oppidorum & pagarum hospites, qui Messones vocantur, omnes pariter eiusdem fœderis societate sunt iuncti, quam Hermandat nuncupant, vt, si contingant latrones vel prædones aliqua infestare itinera, statim in equis armati concurrant, inuigilent, & se mutua correspondentia ad inquirendum nocentes excitent. Quæ quidem optima politiæ ratio accuratè obseruatur, vt per totam Hispaniam omnia passim itinera, quo quis tempore ab omni periculo tuta reddat.


CABECAS.

CABECAS oppidulum Hispaniae Bæticæ per Alcantara pontem Palacios, sive Palentiam proximè sequitur, in montium aditu situm, qui in meridiem Malagam versus se extendent: urbem quondam magnam fuisse, rudera, & mœniorum vestigia docent, nunc ex Agraria, & ijs, quæ terra beneficium producit, vitæ sibi necessaria curat, tum etiam ex frequenti mercatorum & peregrinantium transitu, qui hanc viam ex Hispali ad Gades & S. Lucam frequentant. Et quia Cabecas, idem quod capita sonat, hinc oppidani hoc vulgari sibi laudi ducunt.

*Non se haze nad enel Consejo
del Rey seuja Cabecas.*

quod metonymicōs venustè sibi adscribunt & interpretatur, ac dicent, Regis Concilium sine Capitibus, id est, prudenti iudicio, quod capita complectuntur, nunquam coire.





HARDALES.



ARDALES, sive Ardales, in fœlicissimo totius Hispaniæ Hispalensi agro (*Axarafium*) Arabes vocant. Bæticæ prouinciæ itinere, quo ex Xerxes Malagâ itur, oppidum, seu potius apertum & amplum hospitiū, Hispanis Burgada, Areum habet præcessâ in rupe à Mauris quondam in limitibus Hispalensis imperij construētam. Quam Christiani deinde, fœliciore auspicio rerum Domini, amplioribus ædificijs condecorarunt. Aqueductum habet, cuius beneficio ex imontibus vicinis fontana & limpida aqua in arcem, & inde in oppidum, ad varias ciuium commoditates derinatur, quibus copiosum fontem largitur. Ciuium opus, viætusque ratio in agricultura potissimum consistit, & pecorum paſtu, cum fœlici aruorum vberitas, magnam triticea messis latitudinem ipsi, naturæ beneficio, præbeat, vt non immeritò Gracorum carmina Elyrias amoenitates huic & vicino Hispalensi agro tribuerint. Hinc frugibus & tritico præsertim abundat, quod in subterraneis cellis seu puteis eleganter & caute conservant. Quæ recondendi ratio, & nobis in Colonensi agro degentibus, & infidelis belli diuturnitate attritis, necessario excogitanda foret, quibus hostiles prædonum excursiones nullum horreum, è Vulcani rabie tutum relinquent.


CARTAMA.

CARTAMA miliaribus duobus à Malaga distans ad maximi montis radices, qui ad mare vique Mediterraneum se extendit, oppidulum, cum castro incontinenti situm, in agricultura, & pascendis pecoribus se exercet. Multas in vicinia habet gladium & gallarum sylvas, quarum ad atramentum conficiendum, & ad coria den sanda, tum etiam in medicinis est usus. Venatio hic, & aucupium frequens, ob venustam loci elegantiam. Hic enim aperire se incipit cultum & secundum Malagense solum, quod ad Mediterraneum mare continuata vberate, se extendit, & varia fructuum ac herbarum genera, quæ ad exteris etiam gentes, procul emittuntur, producit. Et inter reliquias, herbam, quam Itali Somacho, Hispani Sumagre, Belgæ Sommack, etiam Smack nuncupant, apud Latinos nomen habere Plinius negat. Foliorum usus ad paranda & condensanda Hircorum & Caprarum coria (*Corduana* vocant) conductus. Et, qui canos oderunt capillos, decoctum foliorum, ad denigrandos capillos adhibent. Multi etiam hic Cappares hinc inde promiscue in magna abundantia proueniunt, & à vulgari plebe collecti in Malagam, harum mercium emporium, importantur, inde per mare in Belgium, & ad alias prouincias transiuntur. Porro hic mons, cui Cartama adiacet, versus Aquilonem, omnino sylvestris est, ab alia autem parte, vineta continet, quæ vina, nec nō suas pastas saporis optimi, laxa copiæ præstat. Inter vineta autem videtur est amygdala, & frequenter sicus, quæ propter præstantiam, abundantia maxima singulis annis, ad omnes prouincias ratibus transportant. In duas autem partes diuersasque appellations hic mons diuisus est, quarum una la Sierra, altera la Cerquia nominatur, vnde etiam vtriusque loci vna passæ, eandem appellationem sortiuntur. Porro, etiam si in hoc oppido nulla sint vineæ, nec vina calcentur, nec vna passæ præparentur, sed magis in circumvicinis montibus Malagæ, & Velis Malagæ, tamen quia iste mons huius felicitatis principium existit, idcirco ad curiosum oblectandum lectorem, modum conficiendi & condendi vias passas, quarum gratus nobis Germanis est usus, hic breuiter describemus. Eas potissimum Mauri conficiunt, qui hos montes plerumque incolunt. Duo sunt viuarum passarum genera, quorum unum, vnam passam Solis, quæ est cærulea; alterum, vnam passam lixam, quæ est corbea, nuncupant. In primo conficiendo ita procedunt. Quando botrus ad id opus destinatus, maturescit, pedunculum sua absindunt ad medium, ita ut humor radicalis illum amplius penetrare nequeat, attamen in pampino & vite penitus maneat. Tum calore solis sua exsiccatur, post sufficienter exsiccata, colligunt, & in vase recondunt. Alterum vero genus, hac ratione conficiunt. Dum vineæ putantur, abscessos brachiorum ramos, in fasciculos colligant, eosque ad vindemia tempis referuant, quos tunc exurentes, ex cineribus, in magnis vasis lixiuio parant, colligunt vias, & vnamquamque sigillatum huic lixiuio immergunt, easque deinde in aream obduratam, bene purgatam, & ad id in vinea adornatam, ad meridiem collificant, vt ibi in eas lixiuio confpersas, solis radij operentur. Exsiccatas & à sole sufficienter concoctas, coribus inferciunt. Et hinc vias passæ corbeæ nuncupantur. Eodem etiam modo fiunt fucus corbeæ, ramorum aridorum ex fucus amputatorum & combustorum lixiuio.



Depingebat Georgius Houphalius Anno 1564.





BORNES.


BORNES Hispaniae Bæticae oppidum, quæ ab euentu Andalusia dicta est, Cuius appellationis causam ante, quam huius loci conditionem explicabo. Hispania longo tempore sub dominatu Græcorum recta fuit fere usque ad tempora Romanorum, præter illa tempora quibus Afdrubal & Hannibal Pœnorum duces in aliqua Hispanie parte dominati sunt. Demum constat, quod sdam Romanos consules amicitiae, ne dixerim subiectio[n]is, nomine quasdam Hispanie prouincias obtinuisse: idque egisse legimus Iulium Cæsarem, qui plurimis acceptis cladibus prius torum pœne orbem perdomuit, quā Hispania sibi plene cessisset. Sed & plures alios constat Hispanias tentasse subiicere, quorum aliqui prius vitam finiere, quam viam Hispaniam occuparent. Post quos Vandali, Aliani, Hunni, & Suevi Hispanias sunt aggressi. Quæ quidem barbaricæ gentes causam Hispanias ingrediendi habuerunt, pro eo, quia Theodosius Imperator eos inseguens à Gallis fugauit. Quare pulsi sunt Pyrenæos montes transire. Hispanias ergo inuasæ, easque diuiserunt. Alani enim Lusitaniam, & Cartaginem foruti sunt, Vandali Galleiam, Suevi maritima, & occidua Oceani obtinuerunt, & partem Celiberiæ, dum Romani Saguntum, & Numantiam, & nonnullas alias vrbes tenebant.

Hi Vandali, plerique Bohemi, Russi, Dalmatae sunt, sed eorum ditio non tam late patuit, potius magnam Saxonie patrem occuparunt olim Holsatiam, Danie partem, & ubi nunc Hanseaticum fœdus, vrbes modo opulentas atque præclaras habet, quæ in istius societatis legibus atque statutis Vandalice nuncupantur. Ex hac igitur gentium officina, cum Alanis & Hunnis VVandali in Galliam, tum in Hispaniam se late effundentes, Bæticae prouinciae partem occuparunt, quæ inde VVandalia dicitur. Et famosis est decorata vrbus, quarum complures haec tenus exhibuimus. Nunc ea occasione, qua Malagam profecti sumus, etiam hoc oppidum vulgo Bornes nuncupatum, ob situm valde elegantem in itinere expressissimum, quod locum occupat planum, compascuum, olei & frugum feracem, unde nobilibus & patriis viris hortos cultura præstans, & venationis recreationem præbet. Ulterius porro, asperrima, & inhabitata sterilius montium iuga se offerunt: Quorum faxosa, horrida & inculta conditio, Bornensem agros felicitatemque magis commendat. Cum contraria, iuxta se posita, magis eluescant.

ZAHARA.

Mirabilis Zahara situs Hofnaglum induxit, cur vtrumque istius in Bætica Hispanie Prouincia, oppidi & castrum latus spectandum exhibuerit, Inter Asindam & Arundam in alta & prærupta petra, tanquam specula, & vigilarum statio, priscis temporibus adificatum, Granateni vero bello celebre, cuius causam & occasionem, Deo permittente, præbuit. Dum enim Hispanie Christianissimi Principes bello Lusitanico districte, studerent bella intestina dissensionesque ciuiles componere, atque piratarum graffatorumque latrocinia coercere, ac præterea leges ferre, quibus futuræ tranquillitatæ pacisque fundamenta iacerentur, & ob id temporarias cum Mauris inducias paeti essent, Hali Abenhanz Maurorum Rex, contra fas, iuraque facialis ac induciorum paeta conuenta, certior factus præsidio vacuam ZAHARAM (dum Christiani aliis in rebus occuparentur, nihilq; sibi à Mauris, propter inducias cū iis transactas, metueret) noctu expugnat, Arcis præsidem præsidariosq; crudelissime obruncat, matres, virgines, viros, puerosque vindicta, cum armentis & gregibus pecudum in speciem triumphi ducens, arce castelloque validiori præsidio munitis, victor tanquam re bene gesta, ad suos redit. Quæ res, ut opinor, à Deo permisæ, belli Granatenis opportuna causa fuit, & Maurorum, obviolati feceris & iurifigentium nefas, perditionis & interitus. Enimuero ZAHARA postmodum in Christianorum potestatem sic redit. Marchio Gaditanus, cum ab exploratoribus accepisset Zaharam castellum, incolis exhaustum esse, & negligentius obseruari, Ludouicum Portucarrerium Palmæ ad Singilum Dominum, adsciscit, & ex Asindo atque finitimis, unde cunque potuit, equitatum sibi adiungit, perque media noctis silentium Zaharam proficisciatur, luxta muros secreto quadam loco armatos decem ponit, & post illos proxime alios septuaginta, ipse autem cum reliqua manu non longe in insidiis latet. Sub primam lucem dimittit aliquot ex pedibus, qui per campos grassarentur. Ex Castello erumpunt equites ad septuaginta, (neque enim plures erant) quos sequuntur vigiles & circitores, & qui præcedenti nocte in stationibus fuerant, murorumque custodiæ deferunt, non enim putabant interdiu Castellum expugnari posse. Interea ex militibus Christianorum unus scalas munitionibus admouet, murum scandit, quem decem supradicti sequuntur, partemque muri occupant, pugnamque cum Castellanis conserunt. Accurrunt reliqui septuaginta atque vnam ex portis capiunt. Qui castello eruperant, cum audissent hostes intra munitiones admissos, ad mœnia se recipiunt, quos inseguuntur, qui latebant in insidiis, & cum fugientibus simul castelli portas intrant. Castellani in Arcem coeunt, obsidentur, & quia plures erant, deficientibus alimentis, diu in obsidione durare non poterant, ex pacto Arcem Marchionis tradunt, ipsis autem abeundi, quo vellent, permitta libertas, Atq; ita Zahara, Marchionis Gaditani industria, Mauris erpta, & à Christianis recepta fuit.





GRANATA.



RANATAM, primo virium Theatro, ex parte Meridionali spē ad amante annos aliquot exhibui-
mus, qua ista viris Regio videtur, que propriè, & vulgo Granata dicitur. Et in valle sita, pro maiore par-
te à mercatoribus, ciuibus, & opificibus Hispanis incolitur, à Clero pariter, & Nobilitate. Nam ibi Episcopatus & Curia quam Audientiam Regalem nominant. Per quam & Daurus fluuius præterlabitur, cu-
ius ripas, singulare viris commodo, tinctores & fullones, magna frequentia occupant. Vbi etiam illa vir-
is Regio venustè exhibet, qua Abulism dicta, à Mauris potissimum incolitur. Nunc, quinto hoc vir-
ium Tomo, nobilissimam & Regiam Granatensem Virbem, ad occidentale latus contuendam specta-
toribus exhibemus, vbi etiam alia tam fama & viris partes commode videti poterunt, Alhambra nimi-
rum, & Antiquenda, de quibus hic quædam, & Granateni bello explicabimus. ALHAMBRA in colle
sita, oppidi magnitudinem, munitionem & tutelam representare videtur, eam Mauri, sive à conditore
Rubro, sive à terra & lapidibus rubi coloris, Rubram nuncupant. Domus est ibi antiqua Maurorum Re-
gia, magnitudine, & vastitate spectabilis, que defensores quadraginta milia commode admittit, aquis,
hortis, rebusque varijs, necesse, deliciis, & iucunditatibus abundans. Ibi etiam Arx noua à Philippo Rege excitata est, plane
stupenda, & Regia magnificentia, forma quadrata ex cæruleo lapide, singulare architecū artificio, ad normam sc̄cto, aream habens ro-
tundam, valde elegante & amplam, & ambitum, tripliçibus menianis laetae ambulatione distinctum. Hæc meniana columnæ, mat-
more, venusto ordine disposita, sustentant: prout etiam multa, ac varia concilia, in quorum interiore ornatu, ars & sumptus decertate
videntur, vniuersam istius Arcis strukturam, pro rati Regis Magnificentie condecorant. Hanc Granatæ partem Mauti & Hispani mixtim
inhabitant. Antiquæta præstans etiam, & populos Granata Regio est, Cuius incolas, qui Mauri sunt, Antiquorulanos vocant, quos ab
Antiqua huic commigrasse ferunt. Hi bysnum, holosericū, carmenam, Damascenam, variasque præstantioris pretii telas, magno nume-
ro & quæstè conficiant. ALVESINA, ob mirandam populi frequentiam, peculiarem etiam Granata Regionem constituit, Cuius porta
in topographia viris expressa videtur, per quam Maurorum Rex & Rey chieco, hoc est parvulus nuncupatus egressus, cum Christianorum
potentia, declinaret, & in colla constitutus, magnificam, quam deserrebatur virbem, tristis aspiciens, illachrymari cepit. Quod, vbi Regis
mater videtur, quæ & ipsa in fuga salutem quærebatur, filium affara: Merito, inquit, nunc pueriles extra virbem emitunt lachrymas, in qua,
tanquam vir, cordate pro Aris afoeis decertare piguit. Grauissimum quidem Granatense bellum grauissima Mauri, ex hoc Granateni Re-
gno Hispanis intrulerunt incommoda, ita, ut eorum expugnatio, quo difficilior, & tardior existeret. Et tunc quidem, quando Mauros iam
deuictos, & profi gatos Hispani existimarent, bellum multò crudelius exaserbit. Nam ex locis planis, ad aspermos montes, quos vulgus
Alpustræ nominat, Maurorum Duces, cum omnibus suis copiis à Christianis ad saltus Pirenæos, acerrimo conflitu profligati, magna-
que suorum militum multitudine casu, per sexcenta ferè passuum millia fugientes, peruenerunt. Hic ex montium iugis altisque rupibus,
velut ex propugnaculis & turribus ingentia saxa deuolentes, ascensuque Christianos prohibentes se defendebant. A quibus Christiani
duces, & omnes milites diuturnitate bellî & multis præliis ante gestis, longaque persecutio iam decessi, crebrisque saxis & telis grauiter
offensi, quem diutius ferre labore non potuerint, cum suis omnibus copiis discesserunt, & vnuquisque domum suam se recepit. Quo-
rum discessu Mauri valde latentes, quam aliquamdiu Christianorum timentes insidias, in montibus se continuissent, deinde iam Chri-
stianis absensibus, longeque remotis in campos plana que loca descenderunt, & cum multis aliis qui traecerant ex Africa, coniuncti, Gra-
natam virbem compluraque oppida rufus occuparunt. Quorum, qui potentiores erant, plus viribus valebant, regium nomen usurpantes,
virbem Granatam, omnium totius Hispaniæ ciuitatum maximam, domicilium habuere.

Hi autem Mauri, tantæ virbis, totiusque Granatenis Regni in quo mulæ virbes, oppida, & munitiora loca, freti potentia, longis excursi-
onibus, cædibus, captiuitatis & direptionibus, vicinis Hispanis valde molesti fuerunt; Adeò quidem, vt, dñ Hispania Principes, Por-
tugallie bello occupati tenerentur, pacem cum Mauris ad certū tempus, interpositis inducis, constituerint. Quas inducias pactas solenni-
ter cum Barbari, qui agresti, malo, prauoque ingenio, fædigi semper, fallacesque fuerunt, ante statutum diem vñolâsent, Zaharam, in
Christianorum oppidū noctu, magno silentio venerunt, & per scalas muris ad motis ingressi, Christianos, qui propter celebratas inducias
fine viis excubitis securi in diuque dormiebang, impetu magno, & repentina, fortib. impulsis, fractis, & euulsi, crudelissime obtrucidarunt,
ne que mulieribus parcentes neque pueris. Est enim Mauritania in Christianos in manus incredibilis. Hac vñ securia, in oppido capto,
præsidium relinquent, & similia truculentia, ad alia Christianorum oppida profecti, eodem modo in incocteles sacerdentes.

De hac Maurorum perfidia Rex Ferdinandus & Isabella prudentissimi Principes facti certiores, per internuncios & litteras, Hispaniæ
potissimum verò Bericæ, & Carthaginensis Provincie Proceres ad iustum, & defensum bellum, magno studio excitant. Itaque rebus ne-
cessariis, ad tantam expeditionem subiit comparatis, tum statim Granatenes Mauros tentarunt, ad quod vires ipsorum statim non suffi-
ciebant, sed Alhamum oppidum cum Arce nocturno tempore occuparunt, distat ab virbe Granara non amplius octo & viginti millib. pa-
sum. Deinde, post aliquanti temporis interullum, Cordubæ nono confitato exercitu, Loxan, Maurorum ciuitatem magnam, naturali lo-
ci, præsidioque hominum multissimam, non sine difficultate, iisdem, Rege Ferdinando & Isabella Ducibus Christiani expugnauit. Quam
ciuitatem, cum esset magna, & Granata propinqua, copioso præsidio muniuit. Atque his quidem felicibus diuersarum victoriarum suc-
cessibus Christiani animari, reliqua istius Regni oppida, & firmiora loca Granatae vicina, tentant, atque tam multa paulatim expugnant,
vir ciuitates quatuordecim, centumq; oppida, & arces complures potestatis suæ fecerint. Adeò quidem, vt Granata, eti longè maxima &
populosa ciuitas, expugnatis tot locis, sola quasi corpus sine membris, arbor sine ramis, & mater orbata libertis remanserit. Et tum quidem
Rex Ferdinandus cum magnis Hispanorum copiis, Granata proficisciuit, cuius primùm agros ingressus, eos igne, ferroque vastauit. Quod
diuerso tempore, iteratis excursionibus fecit; sed & in loco Granatae propinquo, quem Gócon Mauri vocabant, distante à Granata pa-
sum millia circiter octo, castra locauit, quin & nouam ibi virbem, quadrangulari forma, nomine sanctæ Fidei, ingenti labore ac sumptu,
valide munitam ædificauit. Tunc certe maximam gloriam, Regiamque benevoluentiam meruēt strenui istius bellii duces & equites for-
tissimi, qui Mauri Granatenes, ad tantum impediendum opus acerrime irruentes, non sine fuso sanguine propulsabant, & equestris ho-
stium copias, quotidianis præliis minuebant, adeò, vt Mauris ex equorum quinque millibus, vix trecenti superessent. Quæ res nimium
Granatenis bellum finem inuenit. Granata namque Rex, Boabdilis suis equibus, vicinisque omnibus ciuitatibus amisit, & depopulatis
agris, cum intra Granatae muros ingentem multitudinem, & hominum millia fere decenta, sine comitatibus aere non posset, & omni
spē subsidii destitutus, de facienda deditio cogitauit. Et tandem, extrema necessitate cogente, per internuncios vltro citoque missos,
& quas deditio conditiones ab Alfonso Rege impetravit. Et sic Regia dignitate, tituloque priuatus Kalendis Ianuarii, anno Christia-
niæ salutis 1492. Granata portis reclusa, magnum Christianoum militem numerum in Granatam virbem, & in Alhambram recepit, re-
gitque domus tress, virbis portas, & omnia munitiora loca Christianorum præsidis assignauit. Posteroque die manè, captiuos Christia-
nos complures compedibus vinculisque solutos, cum quingeniis obsidibus, quos se daturum patet fuerat, ad Catholicos principes mihi-
sit in castra. Reges autem Catholicæ cum per tentoria distributos obsidies obseruari diligenter, & honorificè tractariuissent, ad captiuos
Christianos, qui, Benedictus Dominus Deus Israel, decabantur, conuersi, um flentes & toto corporis habitu & vultus effigi deformata-
tos aspexissent, eorum forte miserantes, omnes indutos rebusque necessariis adiuuantes, ad suas domos ire iusserunt.

Et hac ratione Granatense bellum Anno 1492, feliciter cœptum, decem annorum tempore, diuina fauente clementia, fælicius finitum
est. Et Mauri, immanissimi Christianæ Religionis hostes, qui ultra septingentos annos, hoc Regnum tenuerunt, subacti sunt. De quo qui-
dem bello eruditissimi viri volumina, & elegantes libros scriperunt, Petrus Sancteramus Siculus ciuus Messianus, Ferdinandus Pulgaruus,
Hispanicus, cuius historiam in Latinum sermonem Antonius Nebrisensis: Petrus Martyr Protonotarius. Gonsalus Aiora Cordubensis Re-
gius historicus, Alphonsus Palentinus, Tristanus Syllius, & Lucius Marinæus Siculus.

GRANATA





AMOENISS. CASTRI GRANA TENSIS, VVLGO ALHAMBRE DICTI, AB ORIENTE PROSPECTVS.



ECTOR ET SPECTATOR BENEVOLE, Dum in amoenissimæ, & magna Granatæ Vrbis descriptione versamur, tam variæ famosæ vrbis partes spectandæ, & historico contextu enarrandæ veniunt, vt paucis picturis ac foliis, eius loci magnificantiam comprehendere nequeamus. Itaque nunc amoenissimum Castri Granatensis AL HAMBRE dicti, ab Oriente prospectum, & quorundam locorum, quos singularis commendat historia, conditionem, ac situm separatis exhibemus.

AL HAMBRA Regia Arx, & vetus Maurorum Palatum indicat, quanta magnificientia ac fastu barbara hæc gens, istud Granatense Regnum possederit. Si enim exterram structuram, & interiorem deinde istius Arcis magnificantiam consideres, certè, eo, Regibus & Principibus nostris nedium pares: sed & longè magnificentiores fuisse, facile diudicabis. Nam, interior huius arcis structura valde sumptuosa est, atque superba, quæ ex porphyrite, Iaspide, & marmoreo lapide constat. Muros, trabes & tabulata auro obducta, emblemata, hieroglyphicæ nota, Arabicæ literæ, & varia signa musiaco opere incrustata exornant. Quæ, cum sint exquisita, & rara notæ ornamenta, magnas Mauritana gentis opes, & singularem magnificantiam contestantia, sic magna Christianorum cura ac diligentia, à situ, & interitu conferuantur, & collapla restaurantur. Locus in eadem Arce elegans, & spatiösus conspicitur, forma quadrata, vulgo, EL QVADRO, aut LOS LEONES, in cuius medio duodecim leones labrum admodum capax ex candido marmore in dorso sustinet, in cuius medio fons limpidissimæ aquæ in altum, ad instar eræcta hastæ rapidissimo motu profluit, & in idem labrum deinde recidit, vnde canales deinde, & delectabiles aquationes promanant, in quibus Maurorum Reges, cum Reginis, astiuos calores, ludendo mitigare solebant. Locum hunc meniana, quæ marmoreis innituntur columnis, cingunt. Ex hac arce, in quantum oculorum acies se extendere potest, vniuersa propemodum Granata videtur, lœta etiam arua LA VEGA DE GRANADA nuncupata. Montes perpetuis niuibus candentes, ferarum viuarium, & in eo, omnis generis cerui, damæ, capreoli. Ultra hanc arem paululum ascendendo, elegans & venusta domus GENERALIPHA se offert, natura, arte, & situ, ad venustatem & recreationem composita. Aëre enim sereno semper gaudet, & fontibus multis abundat. Quorum unus, mirabile, & iucundissimum visu, aquas in miram altitudinem copiosissima eructatione brachicraftitudine emouit, quod extraistius domus muros longissime prospici potest, maximè splendente sole, qui huic monti, primum exoritur, vnde LA SERRA DEL SOL lingua vernacula nomen habet. Porro, vltius ascendendo in vertice montis, multa atque ferè collapsum Maurorum Fanum est, nunc Christianum oratorium. S. HELENÆ nuncupatum. Ad quod ferè omnes, qui Granatam vtere cupiunt, ascendunt, vt eius templi muro, sum, & patræ nomen inscriban. Quod quidem ea consuetudine, & opinione vulgi receptum, vt is Granatam non existimetur vidisse, quuid non præliterit. In eodem hoc monte Maurorum Regibus olim horti, vario herbarum ac florum genere, ad voluptatem & recreationem decenter vestiti fuerunt, quorum nunc etiam satis manifesta supersunt indicia. Iuxta cisterna est publica, AL GIBE dicta, imbris colligendis, à Romanis quondam parata; In qua præterquam quod nullum omnino putredinis incommodum aqua sentiat, medicam etiam eandem esse. Hispani longè sunt experientia docti, nam porta, ventris fluxum sedat. In latera eiusdem montis, ædicula sacra est, multa antiquitate, & veneranda martyrum memoria, nobilis, LOS MARTYRES, vulgo, vbi putei & antra, in ripibus excisa, & scalpellis cauata videntur, quorum, vt supernè ingressus angustior, ita infernè latioris sunt spatii, in quæ Mauri Christianos, quos frequenti numero captiui tenebant, & crudeliter tractabant, noctu protrudere, & funibus solebant demittere, quos mancipiorum instar, diurnis conficiebant laboribus. Sempiternæ horum martyrum, quos Maurorum diurna crucia viri tyrannis, memoria, lacum hinc adscitum est; potissimum vero, rara pietatis Episcopo, qui multo tempore in squalido, tetroque carcere detenus, cum libertatis spe priuatis, & his quidem longè maximis, sumptibus, muro, ex lapide viuo constructo, Granaten' em vrbem cinxisset, Maurum Granatæ Regem, quam multorum Christianorum, ex misera seruitute, & capiuitate libertatem ac dimissionem, tantum opus mereretur, rogauit; Rex, trecentos libertate se donaturum, respondit, modò Episcopus in sua potestate maneret captiuus. Pius, ac religiosus Episcopus, communiciat magis quam priuato commodo studens, dum perpetuis cruciari carceribus, quam folus (alii permultis Christianis in summa seruitute degentibus) libertate frui maluit, diurnum ac voluntarium martyrium, in columitati multorum præposuit; & squalore tandem carceris enectus, ad felicem & ternamque Beatorum patriam emigravit. Is locus Hispanis MASMOROS dicitur.

Denique Arcis Granatensis porta ad viuum, eadem haclamina exprimitur, per quam captus Maurorum Regulus IL RO CHICO, se, Granatam & Arcem, Ferdinando Hispaniarum Regi tradens, exiuit. Et expugnati

Granatensis Regni hanc sempiternam memoriam remanere postulauit, vt nemini post se hæc porta vnquam pateret. Quod à Ferdinandῳ Rege, cuius celebrior, hæc erat memoria, facile impetravit.

Itaque hæc porta, ab eo tempore semper clausa mansit. Et ne vnquam aperiretur, firmo propugnaculo, ante eam, talem in finem excitato prohibet.



Efigiabat Georgius Agricola Anno dñi. 1509.





TOLETVM



OLE T VM, primariam Hispaniæ vrbum, qua quasi centrum præstantissimi istius Regni constituit, Primo ciuitatū Theatro exhibuimus, Nunc, præter magis luculentam tantæ Regiæ iconem, Ecclesiæ ipsam Metropolitanā, & Regium castrum accurius exprefsum. Prima fænē Hispaniæ ciuitas hæc semper fuit, qua Christi Euangelium suscepit ab Eugenio Martyre, ipsius D. Dionisij Areopagitæ Gallorum primi Apostoli loco: Hispania tunc Romanis parente, sed non ita Diu poft, sub annum videlicet Christi 400 inter VV andalos, Alanos, Suevos, & Gothos diuifa; Gothis regiam suam sedem in hac ciuitate Toletana ponentibus, Christi quo paulatim nomen suum dantibus, & Catholicam fidem strenue defendantibus, donec tandem poft trecentos plus minus annos, Saraceni totam Hispaniam exceptis folis Cantabris, & Asturibus gentibus omni tempore fortissimis, occuparunt, cum religionis nostræ inter iu[n]u[n]um satis deplorando, quorū tyrannis, iam inde ab anno Christi circa 700 ad patrum usque nostrorum memoriam penè in aliquo Hispania locis perdurauit: Toletana tamen ciuitate nobilissima iam poft annum Christi 1000: per Alphonsum Sextum Regem è manibus iftorum fortiter creata, Baetica certè, qua & Granata nunc vocatur, Ferdinandi texti, Philippi Regis Hispaniarum potentissimi, Proaui, armis ante annos non ita multos à Saracenis demù recepta fuit. Et est ciuitas hæc diuina in regiones tres & viginti, quas nobilitas & illustrat amplissimum & pulcherrimum templum, quod omnium iudicio sacras omnes ades & forma conspicua, & magnificis edificijs, sacerdotumque ministerijs & ditiissimis ornamentis antecedit. In quo templo fenebra speculares complures & imagines pulcherrimæ varijs coloribus admirabiles & antiquas historias referentes confpicuntur, vbi perlucida specula septingenta numerantur. Est præterea templum non solum magnum, pulchrum splendidum, sed etiam opulentum. In ciuitate hispanis, qua capella vocantur, & sunt numero plures, altaria sunt ornatisissima. Est opera preciis & res admirabilis, videre singulis diebus, & præcipue felis huius Ecclesiæ, sacerdotes supplicantes, nunc aureis, nunc argenteis, modo sericis aliquando purpureis, & nonnumquam gemmatis ornamentis & preciosissimis induitos, rem diuinam celebrantes, & horas canonicas concinnes. Huius Ecclesiæ Antiftites in Hispania secundis ait Regis, non dignitate soli & autoritate, verum etiæ populis, vestigialibus & potentia sub cuius Imperio, præter alios minores populos, opida nobilissima ex memorib[us] septendecim gubernantur, ex quibus magnus Ecclesia Toletana reditus exigitur. Cuius summa referunt, annuè ad ducentorum millium ducatorum Suni in hoc sanctissimo templo porta numero sex, tres ad Occidentem, duæ ad Meridiæ, & una ad Septentrionem, quæ sunt omnes grandes & pulchra: laminis æcis adornata, multisque Sanctorum simulacris & imaginibus & antiquis historiis conspicua. Suni & pulpita duo pulcherrima atq[ue] ditiissima. Est & altare, in quo D. Illephonius celebravit, acceptis ornamentis ad sacrificandum necesse fari a virginis Deigenitrici. Sed quid præterea dicam de facrario & de magnis diuini & Sanctorum reliquijs, quæ in eo sunt admirabiles, quid de facillis & altibus huius templi, qua Capella vocatur, ad ornatissimis de ea prefert, quam Cabidum Vocant, auro teato, & omnium Pomicum, qui haec tenus huius Ecclesiæ fuerunt, imaginibus ornatissima? Distribuuntur in hac Ecclesiæ multæ pauperibus & leprosos singulis diebus, & octo minæ cocti panis hominibus probris & inopia laborantibus, qui mendicare erubescunt. Antifiles præterea trinita pauperibus quotidie largunt alimenta, qui magnas etiæ cōfert eleemosynas viduatis pauperibus, & orphanis virginibus maritandis, ceteris; multis hominibus necesse staret coactis. Toletana Ecclesiæ antiquitat[m], inquit Valesius in chronicis Hispanicis Tomo I. c. 20., maiestatem, opulentiam, elegantiem, si dicere velim, nescio Hercle; an fatis pro dignitate possum illud in praesenti fatis diximus. Archiepiscopum Toletanum in Hispania, poft Regum, ac Regiam prolem nulli esse, neque dignitate, neque fortuna amplitudine fecundum. Hæc quidè Valesius Cæteram quia pleriq[ue] Toletana Ecclesiæ primatum in dubium vocat; Braccarensem hoc casu defendentes quod idem Valesius de hac controvergia alibi scribit, paucis subiungit, de primatu, inquit, Hispania penes quem fuerit, certo comprehendit vir potest. Nam in concilijs primi Archiepiscopi, deinde Episcopi, secundum ordinacionis sue tempus sedebant, quod pater tum ex ipsi conciliiorum subscriptiōnibus, tū ex primi conciliij Braccarense capite 24. Sed quan um ex Hispanorū annalibus colligi potest, primatus Hispaniæ primi, in Hispaniensi fuit Ecclesiæ, deinde Toletana vlg[us] ad excedendum illud Hispanie funetur. Potest verò, quoniam Toletum adhuc esset in Barbarorum potestate, Braccarense Archiepiscopus ea dignitate functus est, vt ex ijs confare potest, quæ ex Ecclesiæ Braccarense archivis diximus dum de Braccarense præfule loqueremur. Denique restituere Christianis Toletum, dum Braccarense acquisitam semel dignitatem sibi vendicat, Toletanus amissari postulaminj iure repetit, contentio inter eos orta est, ut ex libro Decretalium apparet, & adhuc sub Iudice lis est.

Habuit interim sedes hec Toletana, viros multos excellentiissimos, scriptis, & vita sanctitate claros, inter quos Hildephodus, qui Eugenio successisse perhibetur; Juliani præstantissimi viri duo, quorum alter inter multa heroicæ opera, tres libros Prognosticon, sive de futuro faculo edidit, à Boetio Epone Borralusano, Professore Regio in Academia Duacena, ex vetustissimis membranis in Marchianen[is] bibliotheca reperiis, in lucem protulit. Qui quidem Julianus Praeceptorum sum laudat tertio horum Prognosticon libro quendam Eugenium, quem nunc facilius nunc egregium nominat, & eiusdem Toletana segis Antiftitem appellat. Alter vero Julianus Pomerius contra Iudeos libros elegantes ad posteritatem transmisit. In fine libri tertii Anno Christi 686 sevixisse notat, hoc est, Aera, vt ipse ex Hispanorum confuetudine loquitor, 7:4 His Damiani s[ic] Hoes in sua Hispania, S. Illephonum adiungit, cuius prius meminimus. Et quia tam præstantes viri Toletana Ecclesiæ, imperi prefluerunt Antiftites, hinc, qualib[us]cumque causis & cōtroversiis in tota Hispania exortis, deliberationes & consultationes, vt plurimū, ad Antiftitem Toletanum delatae. Præter etiam hos, de quibus hic mentio fit, viros, fama & eruditio[n]is gloria celeberrimi os, accedit Aloisia Sygea virgo Toletana, quæ (vt refert Io. Valesius in Chronicis Chronico) quinq[ue] linguarum adeo perita fuit, vt non immergit Paulus IIII Pont. Max. literas illius ad se scriptas Latinæ, Grecæ, Hebreæ, Syriæ, atq[ue] Arabiæ, laudibus pariter ac faulis comprehensionibus sive prosequitur, admiratus tam multiplicem ingenij fructum, & donum multiplicis linguarum scientiæ in viris quoque raro, nedum in foeminiis. Porro Toleti Concilia celebrata fuerunt xvij, quod nimis alibi miseretur. Quorum quartu[m] annotata, publicata non sunt, sed à Valesio in Chronicis Hispanicis diligenter ex Archivis annotata. Porro, inter multa alia vrbi Toletana mirabilia, quæ non omnia vñica, hac pagina commemorari potuerunt, etiam est celeberrimum Palatum à Carolo V. restauratum, & noui struturis regio apparatu exornatum, in quo machina est hydraulica, miro Italorum ingenio fabricata, qua ex Tago flumine, opera magna, versatilis, & excavata rota, aquas in fistulas & tubos, per fistulas canales in summitate arcis & montis, artificio impetu cogit & impellit, vbi vnum in locum, & amplius receptaculum collecta, in variis Arcis & torris vrbi vsus delapsæ distribuuntur, quæ riuiulos deinde & fontes hortis magnatum ædibus, balneis, fullonibus, & ciuium vñibus abunde suppeditant.

Venio nunc (scribit L. Marinese Siculus) ad alia, quæ sunt extra vrbum, & remoratu digna; Facit Toletum felix & opulentum Tagus amnis diues & amoenus, qui ibi proximus vrbi, ponte, quem vnum arcus, miro opere sustinet, tranfitur, hic Toletani p[ro]fessi optimos præbet, hortos irrigat, materiam multam è nemoribus longè distante euenit, cuius aqua per aureas arenas defert, est valde salubris, & Toletanos hortos irrigans caufa est, vt fructibus & herbis hortenibus tota ciuitas abundet. Vtraq[ue] siquidem ripa fluminis Orientem versus hortis & arboribus ad passuum milia ferè quinque fertilissima est, & ad Occidentem tantundem: ad meridiem vero & Septentrionem, præter vineas multas, sunt etiam amygdalorum & aliarum arborum quasi nemora iucundissima. Seruunt Toletana ciuitati tanquam Domina multis & varijs rebus opida multa, pagorumque maximum numerus, qui quidem ciuitatem diuitem faciunt & rebus omnibus abundantem. Alio præterea multa de rebus Toletana ciuitatis memoratu digna mihi venient in mentem, que causa breuitatis omitto. Cæterum, de conditore Toleti affirmare certi nihil possum, tametsi non defunxi quib[us] ab Hercule conditam fuisse fabulantur. Quorum sententia, quoniam sine teste loquitur, mihi certò non satisficit, cum præsertim librum legerim antiquissimum, sed fine principio, & sine nomine eius qui scripserat, in quo mihi multa vera esse videbantur, vbi Teletum à Prolomao & Bruto conditum sive scriptum erat. Sed a quo Prolomao & a quo Bruto declarauit. Est autem Toletum ædificium antiquum, de quo Plinius & alijs scriptores menauerunt. Vbi fuit olim magnum Theatrum extra muros, ad partem Septentrionalem, quod etiam nunc est, dirutum & quasi complanatum est, eius tamen vestigia formaque cernuntur. Quod opus Romanum agis quam aliae gentes vlla facere conveuerunt.

Scribit Fortalitius fidei contra Iudeos lib. 4. Quod Toletum gloria quondam & honor Gothorum Anno 1095, mensæ Maio Christianis restitutum sit, per Castellæ Regem Alfonsum VI. Qui Regiam deinde ibi confinxit, & fecit ex Mefquita maiore Ecclesiæ Cathedralem dictam, & S. Maria. Et ordinavit, vt eligeretur, Archiepiscopus, qui primus esset torius Hispaniæ, illamque Ecclesiæ dotauit plurimis villis, castris, & possessionibus. Et in die consecrationis cum Regina rerum pretiolarum, & reliquiarum sacrarum thesaurum in eandem obtulit, & illius feſtivitatis anniuersariam memoriam instituit.

TOLETUM.





MONS ET CRYPTA S. A DRIANI IN BISCAIA.



N Hispania, quæ fere tota montosa est, Iberiæ montes, qui Pyrenæo vobantur, & latitudine & longitudine omnes alios antecellunt, Nam à mari, quod est ad Meridiem, iacent, usque ad Oceanum ferme ad Artos situm, Galliciamque ab Iberia diuidunt, per Celtiberiam quoque protenduntur, stadiis tribus millibus, In quibus cum sint frequentes sylvae, ferunt, priscis temporibus igne à pastoribus iniecto, vel per arborum & ramorum collusiones, montanas omnes regiones fusile combustas, qua ex re montes, a iunt, cognominatos Pyrenæos, ardente continua diebus igne, pluresque ex montium incendiis argenti puri riuiuli effluerunt, quod incolis ignotum. Phœnicis mercatores vili rerum permutatione emptum, in Græciam, Asiam, ac nationes cæteras deferentes, magnas ex eo commercio opes contraxerunt. Adeo autem mercatores quæstus incitauit cupiditas, ut cum onustis navibus superaret argentum, amoto ab anchoris plumbo, argentum subducerent eius loco. Idem confirmat Aristoteles lib. de mirabilibus auctoribus qui inter cæteras scribit, hac occasione, mercatores etiam anchoras totas & omnia nautica instrumenta ex argento conflasse. Atque hoc quidem occasione Hispani metallis inuestigandis, sedulam nauarunt operam, Et postea, quum Romani Iberiam subegissent, captam & emptam seruorum copiam ad effodienda metalla deputarunt, qui variis locis montium venas scrutati, & alte lateque terra effossa, multorum stadiorum cuniculos, per Pyrenæorum montium meatus egerunt, ut nunc, multis in locis, altæ & amplæ speluncæ, cuniculi deserti, & prope ruinis interclusi inueniantur. Et quia hoc casu, Hispania permultos homines rei metallicæ gnos semper habuit, sic facile illis fuit rupes & montes, aliorum opinione nunquam peruios, scrutari, peruestigare, & arte peruios facere. Cuius quidem industria mirabile specimen videre est, in ea Pyrenæi parte, qua Hispaniam & Franciam separat. Qua parte, Hispania maxime angusta est; adeo, ut ego, dum per Cantabriam iter facerem, inquit Vaseus, in monte D. Adriani, utrumque mare me vidisse meminicerim, Oceanum videlicet, cui eramus proximi, atq; eminus, quantum oculorum prospicere ferre poterat, Mediterranei maris albantes fluctus. In hoc autem D. Adriani monte antrum appetat, via, qua in Galliam tenditur, per quod viatores ultro citroque comitant, haud aliter, vti per Pauli lipum in Italia, prope Neapolim. Hic enim in Biscaia via liapidea, per antrum huius S. Adriani montis recta ducit, incipiendo à pago Galerotta, qui quinque miles passuum ab oppido Victoria distat, vbi ob asperrimam itineris difficultatem, incommodus equorum usus, qui proinde manu ducenti sunt, & quia summa montium iuga abrupta, & imperuia, glacies, niveq; perennes nulla profectio superari possunt. De quibus id quod Germanus quidam poeta de Prenero monte cecinit, vere dici possit, Cui niue tincta coma est, glacie riget aspera barba, Nam glacie, & perpetuis niuibus cudent, imo horrent, semper, infra saltus ac scopuli valde difficiles, ut necessitas ipsa & quam hæc excitare, soler, industria, artem, modumque inuenierit, quo montem peruium faceret, & in eonantrū aut cryptam perfoderet, mediocriter quidem latam longam vero, in quantum sagittæ iactus extenderet se queat. In ingressu, ab Hispanico latere, subobscura est, aliquantulum deorsum dicit, & in medio ad latus sinistrum vergit, vbi deinde, ad exitum, veluti stella, gratum lucis beneficium affulgere incipit, & qua parte Galliam respicit, murus & porta clauditur. Huius autem Cryptæ tanta est commoditas & maximum compendium, ut non immerito alterum πανθετινον, quasi molesta rum atq; laboris ademptorem, hunc montem appellandum existimem. Quo cognomine, & louem ipsum celebrarunt Græci veteres, ut apud Sophoclem legimus. Exuperata hac crypta, latum se offerit hospitium, in quo peregrinis & maxime iis, quorum loculi bene instructi, iucundæ refectiones præbentur. Nec equis, etiam si nummis careat, sua fercula desunt. Et, si quæ devotionis zelus ad res sacras commoueat iuxta est facillū D. Adriano sacrum, vnde monti, & cryptæ denominatio est. Inde, mons in cliuum paulatim se subduce re incipit, vnius miliaris itinere, & via, quemadmodum Appiana, lapidibus strata. Romanorum opus existimatur. Hac transeuntes, vt plurimum nomina sua scopolis, & cautibus, quæ hic, veluti Marpesia, & immensæ, non desunt, ferro inscalpere solent, vnde infinita nomina, insignia, & diuerfi annorum numeri ibi conspiciuntur. Et homines remotissimarum patriarum, peralebrosas & horridas istas Pyrenæicas, iter fecisse constat.

Videbit etiā studiosus spectator in tabula, diuersum Biscaianorum & Vasconum habitum. Virgines innuptæ, aperto & raso capite prodeunt, gestantq; in capite nudo amphoras, vrnas, vase, & tres quæ lescunq; non leues: Statim vbi nupserint, caput velant, & vita tegunt in modum galeæ composta ex linteo coloris aurei, quam cum in modum inuoluunt, vt in fronte, veluti cornu aliquantulum extet. Gens affabilis, elegans, hilaris. Viri, nusquam, & ne ad Ecclesiam quidem, sine armis, maxime sagittis & arcu, prodeunt.



Nobilis Matrona
Biscaina



La Sierra de Sant Adrián en Biscaya de Georgio Vissandio depinta.



Nobilis Virgo
Biscaina



Villano y Villana Biscaina yendo al mercado en Vitoria.
Rusticos et Rusticas Biscainas estra ad mercatum Vitorianum.

Donscllas Biscainas
vrgines fias pueras Biscainas et Aquitanas.

Femme de Sanlom de los.

Femmes mariées en Bayona.

Allantes a l'église.

Prudentes se presentan en Bayona.

Natives auctae Biscaine et Aquitanie in Bayona.



XAINTES.

ANTONES ex antiquissimis Galliae populis esse, argumento est, quod Ptolomaeus li. 2. cap. 7. tab. 3. Europa, & Strabonis. Geographia, eorum mentionem faciunt: quorum unus tempore Augusti, alter annis 50. post vixit, qui illos apud mare sedes habere, inter Pitones & fluvium Garumnam, memor commendarunt, triaque illorum loca, Mediolanum nempe, Portum, & Promontorium Santonum nominant. Huius Provinciae Territorum nulli in Europa cedit, veteresque Absynthium & alumen Santonicum aliis praetulerunt. Et est Metropolis Santonum vicina ferili fluui Charentio, qui originem suam in loco Charemac dicit, inter Lemogenum & Angolismiam urbem sumit, cursumque suum per Siurium, Angolismensem provinciam & Coignacum dirigens, Santonum alluitur, & ad Soubifum, ubi rursum mari se insinuat, spacio 25. circiter milliarium, à fonte primaq; sua origine. Vix etiam negari potest, hanc urbem à Ptolomeo Mediolanum vocari, quæcumque enim Mediolanum conuenient & adaptari possunt, Santonibus optimè quadrant. Latitudo siquidem & longitudo Mediolanii à Santone vix discrepat, vnam eandemq; metropolim huius Provinciae diuerso nomine representant, quæ civilem & Ecclesiasticam Iurisdictionem semper exercuit. In temporis quoq; antiquitate nulla est disparitas, iam inde à tempore Apostolorum Mediolanii sedes Episcopalis huius Provinciae fuit. Deinde veteres murorum structuræ & alia antiquitates, quæ passim conspiciuntur, sat luculenter demonstrant, Mediolanum fuisse Santonum quondam Metropolim, nomen que hoc postea à Romanis mutatum, & à populi nomine, qui ei imperabat, appellatam, quod idem accedit Perigurianis, Lemocibus & Parisis, quarum nomine mutato, aliud vicissim ab incolis sortitæ sunt. Inter alia antiquitas monumenta, videntur ibi adhuc fundamenta, iuxta quæ ruinarum Amphitheatri ei simile, quod Perigordii est extra urbem, & circa iter, quod San-tano-Angelum oppidum versus tendit, visuntur aliqua frusta Aqueductus, aquarumque & fontium canales, qui in Civitatem ducebantur: sed maiore admiratione dignus est Arcus antiquus in ponte fluuii Charentæ ante urbem, in quo arcu ab uno latere haec verba leguntur. CÆSARI NEP. DIVI IVLII PONTIFICI AVGVSTI. Ab alio latere huiusmodi characteres, ut plurimū detriti conspiciuntur. C. IVLIVS. C. I. CTVNEV., RVFVS...IS NEPOS E...POV. SACERDOS RÖMANÆ...LVENTEM. PRAEFFECTV...P.R.O.

Cæsare in Gallia bellum gerente, & etiam paulò post sub Augusto Iulii Cæsaris Nepote Santones cum aliqua Aquitanie parte à Romano exercitu subacti sunt. Et possumus hic meminisse Ouid. lib. i. eleg. 7. qui de mari Santonico sic loquitur.

Non sine me est tibi partus honor: tu bella Pyrene

Tellis, & Oceanii littora Santonici.

Tellis Arat, Rhodanusq; celer, magnusq; Garumna,

Carnoti, & flauiceraula lympha Liger.

Ammianus Marcellini. li. 5. Santones inter præcipuos & primarios Galliae populos refert, his verbis: Prima Gallorum Provincia (Aquitania scilicet) est valde populoſa, pulchras & splendidas ciuitates complectitur, &c. Alia, quæ de hac in signi urbe & circumiacentibus regionibus afferri & notari possent, missa facio, Illud tantum dixisse sufficiat, Santones, cæteros Aquitanie populos antiquitate vicere, vbi præter iam dæta tot amceni prospectus, tot hortorum decora, tot agrorum lumina, vbi denique, cum ciuitas sit temperatore sub climate constituta, aeris salubritas maxima. Absynthium porro Santonum Martial lib. 9 Epigram. 96. sic commendat.

Santonica medicata dedit mihi pocula virga

Os hominis, mulsum, me rogar Hippocrates.


Vestitum veterum Santonum idem Martial s' hoc carmine exprimit.

Gallia Santonica vestit te Bardocucullo,

Cercopithecorum penula nuper erat.

Linquo varias Saxonum, qui tum vocabantur Barbari, excursiones, quibus olim Santones exagitati sunt, quarum seriem ex Sidonii Appollinaris li. 8. epist. 6 qui scire cupit, poscat. Ad Orientem Santonum vrbis Angolismensis afixa est, ad Occidentem mari Oceanio terminatur, ubi duæ Insulae sitæ sunt, Oleron lepusculis & cuniculis abundans, & Marennæ. Ad Septentrionem contingit Rupellam, ad Meridem Burdegalensem. Præcipua eius oppida sunt, vulgo Blaye, quod nuncupatum fuit Blaia militaris, quia illæ statuahabent Romani, quibus limitum cura demandata erat. Incolæ gloriantur, magnum illum Rolandum Palatum, in eorum oppido natum esse, eiusque Comitem fuisse. *Sant Ian d'Angeli Barbescieux Marans*, quod valida arx tuetur, titulumque Portus Marini habet. *Marennæ*, mari vicinum esse, nomen indicat, totaque haec Regio maritima est, locuque commodus, vbi sal feroce solis excoquatur. *Bourg*. Multus insuper aliorum Burgorum, Arcium & pagorum huius Provinciae est numerus, ex quo de Territorii præstantis fieri potest iudicium. Insula vulgo de Rez dicitæ, aliæque Territorii Marennæ ditionis sunt Santonum. Quibus Christi doctrinam primus inculcauit S. Eutropius, tempore Domitiani Imperatoris à S. Clemente in Galliam missus, quam & sanguine confirmavit, vt refert Gregorius Turonensis lib. 1. de mirac. cap. 56. quod tamen à quibusdam immerito controvertitur. Quem Eutropium secutus est S. Palladius, qui attestante eodem loco Gregorio Turonensi, templum S. Eutropii fundavit, quo loci corpus ipsius inuentum fu. t. cuius sepulchrum etiamnum hodie patet, in quo vulnera & cicatrices dilucide conspici possunt, adeò vt his & iudicij & Palladii aliorumq; votis sat comprobatum sit, primum Santonensem Antistitem propter Christianam fidem Martyrium subiisse. Palladio successit S. Ambrosius numero 4. posthunc Viulanus. 8. fuit S. Troianus. 11. S. Lewis. 12. S. Vlricus. 13. S. Dinacius. 14. S. Seuerinus. 15. S. Magnardus. Qui omnes in exercendis pastoralibus sarcinis salutis ipsorum gregis sic semper addicti fuere, vt animalium salutem potius quererent, quam ouium lanam, vt ipsi degluberent, vel ab aliis deglabrari paterentur. 16. numeratur Alonus, qui illegitimè Episcopatum adeptus est, quinimo nefariis criminibus coopertus, magnam sibi ex omni scelerum, vitorumque audacia turpitudinem atque infamiam contraxit, multaque in deos hominesque impie commisit, vnde facile colligi potest: Principes olim erga Christianos & Ecclesiam male affectos, probioribus & honestis exclusis, pessimos & inhabiles interdum ad huius modi genitores promouisse. Post hunc tamen complures recensentur Episcopi, qui magnam & immortalem sibi laudis famam, æquitate, industria, temperantia, misericordia defensione, odio improborum, studiorum magnitudine, officiorum opportunitate, incredibili in omnes humilitate, benevolencia, fide pararunt, vnde etiam amplissima clarissimaque magnarum virtutum illis constituta monumenta passim extant.

SAINTE





PICTAVIVM Potters.

P

ICTAVIVM partim in agris Armoricis olim dictis qui sunt in Celtis, partim in Aquitania situm est, dividiturque in superiore & inferiore: superiore vocant, quæ Orientem respicit ad Turones usque & Biturges; Inferiorum, quæ versus occasum in Oceanum Aquitanicum vergit. A meridie contingit Santones, Angolesmenses & Lemouices; Britanni & Andegauenses sunt illi à Septentrione proximi. Incolas Ptolomæus & Plinius Pictones appellant, Cæsar & Strabo Pictones, peri i in prima syllaba, Ammianus Marcellinus Pictauos nominat. Quidam à Pictis ipsorum etymologiam deriuant, sed fabulosum putatur,

Pictorum enim quan Pictorum nomen vetustius esse ex Classicis scriptoribus liquet. Locum ubi Pictauium urbs erecta, si perscrutatus fueris, vix ullum in Aquitania repères vel amoenorem vel commodiorem, ubi tot magnificis aedificiorum structuris veneranda, prudentissimorum incorrupto Senatorum ordine conspicienda, florentissimo simul ac honestissimo rerum publicarum ac priuatarum statu nobilitata resplendet, ut etiam Ecclesia metropolitana, D. Petri, Castellum, Palatum cum vetustioribus aliquor monumentis, Vnde facilè colligi poterit, nouum Pictauium tempore Romano-rum restauratum fuisse, non autem post, cum Dagoberto, vt fama est, demolitum esset ob odium aliquod in Gubernatorem Aquitanæ (suum in Adolescentia Praeceptorem) conceptum, Veteris Pictauij mentionem facit Adon Aquitanæ Archiepiscopus in Chronicis suis, pag. 6. his verbis, Hugenothi templo Pictauij deuastarunt. Riuulus etiam quidam & murmure blandiore delectat & aspectu pulchriore totum locum exornat, Principalis portus Curiae sedes illuc est, regiturque manu Præsidis & duorum Vicariorum quorum unus in Ciuitibus, alter in Criminalibus causis cognoscit, Proprium habet Inquisitorem, duodecim Consiliarios & Custodem priuilegiorum antiquissima sua vniuersitatis, cuius nomen ac flore per totam Europam celebris fertur. Ad quam Curiam omnes alii iuridicatus ac tribunalia pertinent, Priuilegiorum quoque ciudem loci tutelam suscipit. Academia autem hæc toto otio celebris anno Christi 1431, fundata est, regnante in Francia Carolo 7. confirmata etiam & priuilegiata varijs Pontificum Bullis, Neque olim vniuersitas vspici proferri potuisset, ubi tanto labore ac solertia genus omne studiorum tradetur, ubi purissima maiore cum fructu Theologia doceretur, ubi facultas Medica, ubi Iurisprudentia feruentiore cultu tractarentur, & sic omnia, ut nihil in linguarum nobilissimarum cognitione, artibusque & optimis disciplinis desiderari potuerit. Misam facio frequentissimi quo nullum liberalius eretum gymnasii disciplinam. Prætermitto tot saluberrima vera pietatis studia, quæ cum alibi aut omnino squalida iaceant, aut penitus nulla sint, ibi non solum feruenter excoluntur, sed etiam adamata in pretio habentur maximo; præsertim cum sanis doctrinis colluceant omnia, nec villa penitus nequitarum illestanta subrepant, sed ubique probissima societas & consortia sancta, quæ ipsa indissoluble Catholica religionis vinculum solidis adeo atque adamantinis constrinxit nexibus, nullo ut modo conuelli violarique queant.

Medio circiter miliari Pictauio in itinere quod Avaricum Biturigum dicit, in via regia, admodum ingens saxum, forma quadratum, quinque lapidibus fulcitum spectatur, in quatuordecim circiter pedum latitudinem assurgens. Plerique viatores solent illi memorie causa nomen insculpere. De hoc lapide multi multa suspicantur, quæ quoniā solis coniecturis nituntur esse certa dici non potest, in primis, quomodo, quaque ex causa & à quibus illuc aliundè translatum fuerit. Multi tamen verum esse putant aquarum eluionibus terra detectum emersisse, & raritatis caussa ab incolis sursum ersetum, de quo hi versus extant, Hiperbolici.


*Hic lapis ingentem superat grauitate Colossum
Ponderis, & grandis id mole petit.*



Depinxit Georgius Houfnaglius ~ anno M.D.LXI ~



La pierre levée devant le lieu de Poitiers.





L V G D V N V M.



V G D V N V M Gallia Celtica, quondam Regni Burgundiae pars Secusianorum Metropolis, inter ceteras Galliae vrbes, vt opibus, ædiumque elegantia ac structura, sic situ nobilis. Ab una enim parte duobus fructiferis collibus cingitur; alteram duo præstantes fluuij alluvii; Rhodanus, qui certis moe- nijs ad orientem rapidissimo cursu ex Alpibus per Allobrogos allabitur; & Araris, qui medium inter- secat, nunc vulgo Saone vel Sagona ex eadē octodecim milium Martyrum ibidem facta, dicitur. Ararim namque fluuium horum sanguine ex Gorguillone, hoc est, gurgite, sic à re ipsa nuncupato vi- co, ex quo eorum sanguis, vt tortens deflebat, usque prope Matifconem vrbem in Heduis ru- buisse aiunt; hinc eidem Arari nomen, Sagona nimurum à sanguine fuit inditum.

Antiquitatem huius vrbis, cum ex plurimiis veterum monumentis, tum ex Polibio, Liuio, & Plu- tarcho de Hannibale colligere licet; Nonnullis affirmantibus, fundaram à Lugdo Celatarum Rege, qui circa mundi annum 2335. ante Moysis tempora vixit; & abs suo nomine Lugdunum appellatam; Post cœli inclemencia solo æquatam, L. Numatius Plan- cum paritium Romanum & Prætorium deducendæ illuc coloniæ, iterum erexit, multoque priori, frequentia hominum & structuris celebriorem effecisse. Id quod confirmatur monumento singulari marmoreo Cœta Neapolitanum reperto, cui hæc insculpta.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. PRO. N. P. V. COS. CENS.

Imp. iter. VI. Vir. Epul. Triumph. ex Rhœtis. AEdem Saturni. F. de
Manubij agros diuinit, in Italia bencuenti, in Gallias colonias deduxit
Lugdunum & Rauricam.

Præter alia etiam vetustatis vestigia forum Veneris conspicitur, vulgo Forum nuncupatum, in quo Veneri dicatum tem- plum, ibidemque speculum artis adeo admirabilis collocatum fuisse referunt, vt ex longinquis Sabaudia montibus clare con- spiceretur. Quod in foro habitasse feruntur coloniæ diuerfarum sexaginta prouinciarum Lugdunensis subiectæ. cui etiam ab Imp. Romanis aurea, argentea que moneta cuendae facultas concessa. Ad hæc ibidem Templum ab vniuersis Gallis, communi designatum impensa, & Augusto Cœfari dicatum est, ex cuius fragmentis postmodum Metropolitanæ Ecclesiæ fundamenta iacta quidam effeuerant. Porro fatali igne, intra unam noctem fuit absumpta anno ab Urbe condita centesimo, post à L. N. Plan- co restaurata, iterum combusta ab Seuero Imperatore, Albinum prosequente; qua ex occasione quidam comminiscuntur Lug- dunii nomen à Lugendo deriuari, quod retrocti cui calamitas merito lugere debeat. Sitia autem hæc vrbis est in media prope Europa, vnde etiam Francæ cor putatur, vbi rerum omnium vberrimus prouentus, vt non solum innumera ciuium ac reliquo- rum hominum multitudo victum faciliè acquirere posset, sed etiam fertilitas nativa exterorum locorum sterilitati supperias ferendo, non parvas alienarum ciuitatum fitarias compleat. Huc accedit quod quater annuè vindique gentium mercatores eō comment, publicarum nondinarum, que varijs ad mercimonia (Reip. succum) souenda priuilegijs insigniuntur, gratia, que res ab exteris incredibile lucrum atque decus non huic vrbis solum, sed etiam toti eius prouinciæ conciliat, & eam insuper homini- bus omnis generis artificiorum peritis replet; neque facilè vrbis reperiretur, trapezitis librarij, que refertur. Opibus autem sic floret, vt nulli alijs, altem in Gallia cedere videatur, quarum opum causam fluuij illis præcipuum tribuant, quia cum multis vr- bes illi obeant, sequi in Ligusticum maris sinu exonerant, hæc vrbis in media, vt dictum est, Europa prope sit, facultatem quæcumque qualibet exportandi, tum etiam importandi, præbet etiam ex præcipuis Europæ nationibus haud procul disstis.

Christianam Religionem, condonante Euangelium Photino Polycarpi discipulo, afflumpfit. Strages, de qua supra mentio facta est, octodecim milium scilicet Martyrum, edita fuit loco vrbis, qui Athanacius appellatur, Antonino Vero Imperatore, vbi S. Martinum templum, Benedicatumque cœnobium exstructum est, de strage aedatur Historia Ecclesiastica.

Ab exordio autem Religionis, primum S. Stephano templum dicatum fuit, quod etiam primi ibidem Episcopi frequenta- runt, post in Basiliacum Nicetiæ migrantes, que tum Cathedralis fulgebat, hodie S. Ioannis Baptiste nomen, ab eiusdem fundatore Iohanne Burgundia, vt fertur, Rege mututum, vbi perplurimi illustres & vita sanctimonias, literisque celebres existere Episco- pi, clarissimisque in literis viri, quibus omnibus, robutissimis veluti columnis suffulta vrbis Lugdunum, omniumque rerum v- bertate præpondet, quod origini suæ & fortunarum primitijs ac incrementis splendidius adjici posit, vix reperitur, floren- tissimo simulacro benefissimo rerum priuatarum ac publicarum statu nobilitata præfulgens. Cuius accurrior descriptio, & icon omnes vrbis plateas repræsentans, i. vrbium Tomo à nobis exhibita fuerint.

V I E N N A.

VIENNA Delphinatus Metropolis est, antiquissimarum Gallie vrbium vna, vt quæ quondam maxi- ma supremaque Gallia sedis titulo nobilitata fuit, ad Rhodanum & Lugdunensis ditionis limites sita; quæ ex occasione magnas olim cum Lugdunensisibus controversias sustinuit, id quod Corn. Tacitus An- naliū li. 17. testatur. Parum enim absufse, quin illa(nisi) suorum Deorum simulachra ornamenta, vrbis, ad milites, eorū iram sedaturi, eduxissent) deuastata fuisset. Valençj, exercitus imperator cohortibus festertia aliquot nummum distribuisset. Opinio est, conditæ à Venerio quodam Africano, patria extor- re, que etiā dicta fuit Senatoria, & iam ante condita fuerat, quam Senones in Italiam migrant, in qua vrbē illi duo fana (postquam Romani Allobrogos domiuisserunt) vnum Marti, alterū Victori fundarunt, eius antiquitatem confirmat pons in Rhodano, à Tiberio Gracche per Galliam transeunte constructus, cuius principio ac tini arcas duas præsidij munimenti, caufa adiunxit, qui Tiberius vixit circiter annum mundi 3790, ab vrbē verò condita 576. ante Christum annū 180. qua ex re verisimile constat, recentis ante annis fundatam, & ultra annos bis milie conditam, haec tenuis, perceblem existere, & insigni maiestatis nota claruisse. Præter etiam supradictum Tiberij Gracchi Pon- tem, ea in vrbē Iulij Cœfari copiarum Præfecti nonnulla ædificia, dum ille in Gallia esset, confrixerunt eō maximè, quod Cœfari pareret, & Romanorum mores potius quam Gallorum referret, præcipue verò horrea & officinas militares, quibus omnia ad malitiā & annona, tanquam tutu loco conseruarent. Nonnulli aiunt illam publico Romanorum carceri destinatam, Herodemq; ad eam fuisse relegatum, Turris verò, quæ Pilati dicitur, in qua illum obiisse ferunt, ab Imp. Tiberio excitata fuit. Quæ obrem necesse est vrbem illam ex admodum vetustis Gallia vrbibus credi, nec fundatione minus antiqua Roma, Christi fidem suscepit, (vti Adam Archiepiscopus Viennensis, qui Caroli magni successorum tempore vixit, in suo chronico, quod à condito orbe usque ad annum salutis 980. conscriptis, luculenter refert, cum D. Paulus Hispaniam cogitans, S. Trophimus Arelatum, & D. Crescentium Viennam, religioni in ea prædicanda, & Euangelio concionando, misit. Eius Episcopi ad Adonem usque quadraginta quatuor numerantur, quorum plurimi rerum gestarum gloria, vitaque sanctimonias claruerunt. Hodie autem vrbis Episcopi Comitum dignitate & nomine insigniuntur. Hæc vrbis olim, attestante V. Beda, Primatis Galliae & Allobrogum omniū apicis titulo appellari meruit. Passa est, turbato ciuilibus bellis propter religionem, Regno, violentas militum manus, quas nequa à Diuorum martyrum osibus inibi summa qua per erat reuerentia afferuatis, cohibuerunt. Prætermitto municipia huic vrbis subdita, & antiquorum Viennensium Delphinorum prosapia, Bella etiam propter Iurisdictionem sartam teatam con- seruandam sicepta.





TVRONVM.

Vulgo Tours.



Vrones inter cæteros Galliæ populos sunt antiquissimi & præcipui, inter Celtas hæc postremi, quorum Metropolis ad suburbii partem Ligeri alluitur, qui fluvius ex transuerso riuum canali prope S. Annam ad suburbia Richij transmittit, earumque partem orientalem occupat, à meridie & occidente fluvius Idra cursum suum dirigit. Latitudo huius regionis non adeò magna est, propter vicinas & finitimas prouincias, quibus angustè circumdat. Ad occasum habet Andegauum, à qua territorio suo & limitibus Belnæ separatur, & partem aliquam Pictauensem Creufa flumine diuisam, ibi enim Chinam ciuitas sita est, quæ Turonense forum sortitur. Ad meridiem sita est in finibus Pictauij, iuxta Crœsam flumen, quæ Piles portus Garumnam à Turonensibus separat. Ex eodem latere prouincia dicta Berruyer cohæret, finibusque Castellonii ad Indram

notatur. In Oriente ad Ligerim territorium Bloisinense & partem aliquam Biturigum tangit: ibique Charum flumen limites constitut. Hincigitur patet, quomodo Turonenses alii prouincis inclusi & coarctati sunt, qui etiā versus septentrionem Menenses & Vendonicenses attingunt, à quibus flumine Ligeri se iunguntur. Vrbem Turonum antiquissimam ædificarunt Galli, vnde etiam propter antiquitatem, præ alias Galliæ ciuitatibus excellit, adeò ut caput multarum nationum dici meruerit; etiam à Cæsare aliasque qui Galliam descripsere, pro præcipuis primisque Gallis semper Turones habiti sunt. Ptolomeus li. 2. cap. 8. tab. 3. Europæ, eos Turegios nominat, ripam Ligeris incolentes; Cæsar plurimi in locis illorum facit mentionem, præsertim in fine secundi libri Commentariorum, cuius hæc verba sunt: His rebus gestis, omni Gallia pacata, tanta huius bellia ad Barbaros opinio perlata est, vt ab nationibus, quæ trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Cæsarem, quæ, se ob sides daturas, imperata facturas, pollicentur, quas legationes Cæsar, quod in Italiam Illyricumque properabat, inita proxima aestate, ad se reuerti iussit. Ipse, in Carnutes, Andes, Turones, quæ ciuitates propinquæ his locis erant, vbi bellum gessera, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus est. Vnde colligi potest, Turonenses non fuisse hostes Romanorum, sed Cæsaris partes tenuisse, optimumque hoc antiquæ illorum magnificientæ indicium esse. Ex historia etiam Gregorij Turonensis liquet, ciues Turonenses plurimi in locis Senatores Romanos nuncupari, eò quod iure ciuium Romanorum vii sint, cuius iurius olim amici & confederati Romanorum fuere paricipes. Sed posteaquam Imperium Romanorum à Gothis, Vandals, Alanis, Burgundis, Hunis & Francis deuastaretur, Turonum ciuitas, vt & alia, libertate frustrata est, duraq; obsidione à Gallis pressa fuit: qui tamen commoti monumento D. Martini, cuius ossa ibi condita sunt, ab incepto desitâre, quin immò tantu postmodum hanc vrbem habuere, vt in sanctis reliquiis huius sacratissimi Episcopi, omnium negotiorum suorum, aconatum fortunam posuerint. Et hac ratione Vrbs Turonum coronæ Franciæ inserta fuit, donec post factam Danorum & Normandorum irruptionem in Galliam à Ludovico tertio Ingelerum, comitem Andegauensem, transferretur, quo hostiles barbarorum impetus copiis suis repelleret, & oram Ligeris propugnaret. Illud quoque memoria dignum est, quod olim in territorio, & ferè in ipsis portis & sub mœniis Turonum, inuictissimus ille Gallorum Princeps Carolus Martellus, circa annum Christi 729 prælio superarit neque dediderit Regem, vna cum quadrigenitis milibus militum, qui cum in numero exercitu, subiugata prius Hispania, Galliam inuaserat. Turonenses etiam hac in parte æternum nomen meruerunt, qui non solum Sarracenis illis acriter restitire, sed & Christianis, cum prælium anceps esset, aditum in urbem præcluserunt, quo salutem non in fuga, sed fortiter dimicando quererent. Municipia, quæ ducatu & Iurisdictioni Turonensi subiecta sunt, hæc numerantur: CHINONVM, cuius territorium ferile & amœnum Franciæ Regibus olim in deliciis fuit. LODVNVM, quod Pictauensi ditioni quidam asscribunt, sedes Tribunalis Regii nunc est. AMSOISE, in ripa Ligeris fluvij, tam amœno loco situm, vt vix in Francia simile oppidum reperiatur, qua de causa etiam Reges ibi sape degunt, LOCHES oppidum firmè munitum, MONTRICHARD, in planicie situm, quod rupes & silvae cingunt, extra oppidum domus subterraneæ sunt, & super eas horritivinetaque. PAVLIVM ARX, Vicecomitatus titulo prælator, sita est edito loco, aëre que in primis salubri, retro ipsum est pulchrum spatiumq; viuarium, quod murо cingitur, duoque ferè milliaria continet. Denique vt concludam, Turonum est ex opulentissimis Franciæ ciuitatibus, quas diuitias ex fertili territorio consequitur, eiusque diligentia cura, & quod incolæ probè rem familiarem euent, addicti mercaturæ sunt, nauantque operam parandæ bysso, quam ibi tam probè, subtiliterque parari, quæ in Italia dicitur. Aëri, ibi suave spirat, serenusque est, vnde ob voluptatem, amœnitatemque quæ præstat, Hortulus Franciæ, Regumque delicia, communis prouerbio appellatur. Arborum fructus exanimi sententia prouenient, iiq; nullis aliis Europæ cedunt; Lutetiam Parisiorum usque comportantur, ibique præ cæteris sunt in pretio. Vinifumentaque feracissima est, nec nemora ei desunt venationi commoda, neque ad ædificia construenda quæcumque, neque ad ignes instruendos ligna, aquæ ad primæ sanæ sunt, Populus sincerus est, non difficilis vel morosus, & suo Regi obsequens & fidelis.

Angiers. Andegauum.

Andegauui Galliæ populi, olim rerum omnium affluentibus copiis ditati, vt plurimum claruere, quorum prouincia vulgo Aniou nuncupatur, Galliæ Celticæ limitropha, ac quanquam latè non protendatur, attamen breves suos limites fertili, eorum, quæ ad victum pertinent, copia, compensat; Alba itidem vina, quæ pro nobilissimis totius Galliæ celebrantur, profert. Propter collum & tumulorum frequentiam montosa & inæqualis est. Planitiem syluae, proceris arboribus consita, pascuae & prata admodum fruticantia, illustrat. Amnes ac torrentes adeò crebri in ea sunt, vt hoc nomine plurimi putarint Gallico Aquitanorum idiomate Aiguam fuisse dictam, eò quod ibidem quadraginta recensentur flumina, non connumeratis fontibus, piscinis, stagnis, & aliis riuis, quorum non exiguis est numerus. Vrbs Andegauensis, vulgo Angiers dicta, sita est ad Meduanam flumum: vna pars



paris hoc flumine diuisa in eisdem & orientem spectat, altera occidente prospicit, Britanniam versus. Initio quidem, priusquam Ioannes sans terre cognominatus, ex familia Andegauensi (qui Rex Angliae postmodum fuit,) Regnum adeptus, solum versus Orientem urbium apparebat, postea Ioanne Galliarum Rege designato, altera pars ad Occidentem, quæ prius planè vacua variis ædificiis ornata, plurimumque dilatata fuit, Mercatores, antiquo Ciuitum Romanorum iure fruuntur, etiam cuendæ moneta. Urbis præsidari singularib. priuilegiis gaudent, & ab omnionere subfidiis immunes sunt. Antiquitatis euideris testimonium præbet locus ille Grohan dictus, in quo Theatrum à Romanis constructum fuit, cuius collapsi parietinæ ad huc extant, vbi etiam veterum Imperatorum numismata non raro effodiuntur, unde liquet, hanc molem in id à Præsidibus Provinciarum quondam erectam, vt ibi populo ludos & spectacula præberent, simulque gratam Cæsarum memoriam illis redderent. Nec minus celebrem facit urbem insignis ordo Ecclesiasticus, & quam plurima Tempa, Episcopo Ciuilem & Ecclesiasticam iurisdictionem coniunctim exercente, idque ex plenaria & generali illa potestate, quam veteres olim Reges ac Imperatores, Episcopalis dignitatis condecorandæ gratia, quoad feuda & Iurisdictiones illis indulserent. Andegauenses porrò Religioni & pietati maximè dediti sunt, fidei Christianæ Catholicae fidei propugnatores, in doctrinis & sanctioribus Ecclesiæ Catholicae cōstantes. Ad agnitionem verbi diuini vocati sunt, eo ipso tempore, quo D. Julianus Cenomam Euangelium prædicaret. Qui postea quādongo tempore concionatorem ibidem egisset, Maincam tendens comitem suum nomine Defensem, pietate ac religione præstantem virum, sibi substituit. Referunt Defensem hunc fuisse D. Cenomani, qui arcem suam Beato Juliano hac conditione tradiderit, vt ex profano in sacrum commutaret, ac diuinis officiis exequēs manciparet. Qui etiam primus eiusdem urbis Episcopus fuit, cui Apothemius successit, dein Prosper, post Maxil-lus, quibus amplissima, clarissimaque magnarum virtutum constituta sunt monumenta. Quintus numero Episcopus fuit S. Renanus, S. Breton decimus, S. Andouinus decimus tertius, S. Lecinus decimus quartus, Comes Andegauensis circa annum 581. S. Magnebodus XVI. S. Lupus XVII. S. Ioahnes Michael LIX. & recensentur usque ad tempora Caroli IX. Episcopi sexaginta quinque, rerum gestarum & virtutum ornamentis splendidissimi. Ecclesia Andegauensis plura imma ac opima beneficia, opulentas Abbatias, Prioratus, Præposituras ac Collegia habet, cū in urbe, tum etiam extra, de quibus omnibus adeantur Annales Andegauensium, in priori parte, cap. 6.

Bertrada cognomen o Pulchra (quam Rex Philippus, repudiata vxore, sibi associarat) qua de causa etiam à Pontifice excommunicationis vinculo innodatus fuit, Castellum, vt vocant, Andegauense restaurari curavit, Comites enim superioribus temporibus non ibi, sed Touraimæ commoratis sunt.

Sed nec illud prætereundum silentio reor, quod Ludovicus huius nominis secundus, pro incremento urbis huius Academiam anno 1398. fundarit, priuilegiisque ac immunitatibus variis decorarit. Vnum enim hoc efficere studebat, vt Andegauum aliis ciuitatibus magnificentia, splendorac fama pollerer. Omnia quos in hac Academia olim lura aliasq; facultates publicè professos ob eximias scientiæ & doctrinæ laudes suspicimus ac veneramus, præ cæteris claruerunt, D. Guilhelmus du Poit, Franciæ Cancellarius, D. Lazarus Baifius, vir omnium existimatione ornatus, & eius filius patrissans, Ioachimus Bellaeus, Franc. Balduinus summus Jurisconsultus. Eg. Baro, cuius opera virum demonstrant. Renanus Benedictus Theologæ Doctor & Parochus S. Eustachij Parisiensis lumen eruditiois. Petrus Airaultus Vicarius generalis criminalium, cuius doctrina ex scriptis reluet. Bodinus Aduocatus Parlamenti Parisiensis, & alij multi Doctores, grauitate, doctrina ac virtute sanctorum illustres hinc velut ex

equo Troiano emerentes, quorum laus in publicis priuatisque rebus semper emicuit.

C A M E R A C V M



A M E R A C V M, Gallie & Belgica inter Sequanam & Rhenum, vrbis arce & moeniorum ambitu adeo munita, vt una ex primarijs istius Prouinciae vrbibus habetur. Ad quam magnificentiam prius, quam nostris temporibus excresceret, maximas difficultates, & varios fortunae casus experta fuit: Et id quidem ea occasione, quod nobilissima Belgarum Prouincia, multis retro saeculis, semper in summo pretio sive habitate, ea que de causa tam multi principes, Reges ac populi, de eartu principatu, & dominio obtinendo, summis conatus contendenterunt. Situs etiam oportunitas Gallum illexit, vt Cameraco potissimum insidiaretur. Vetus Samarobrina putatur, vbi Caesar totius Romanii exercitus neruum, ob sides ciuitatum literasque publicas, frumenta, & res sibi caras in firmum, turumque locum collocare solebat. Geropius Beccanus, in artificiosis coniecturis, quas in suis originum libris explicat, communis multorum sententiae, vt solet, reluctatur, existimantium Camefacum Cästoris & veterum esse Samarobrinam. Cum à Bellouaco plus, quam triplo amplius absit, quam, viginti millibus, passuum, Haec tenus sanè Bellouacum, viginti quinq., id est, totidem millibus passuum, quod Caesar annotavit, ab Ambiano est remotum, ita, vt nihil dubitem Ambianum Samarobrinam Ambianorum esse. Qui contraria opinionem defendunt, non ineptum sententiae sua defensorem Hubertum Leodium allegant. Qui non male probat, erubescere se, sine ratione loqui. Quoniam, inquit, audiam quamplutimos de Samarobrina subdubitare, & vereri, ne non sit imperialis illa, & vere amica ciuitas, quam Cameracum hodie dicunt, errare vehementer, & nullum aliud opidum esse, confirmandum est. Primum, non me mouet Ptolemaeus, qui Samarobrinam ciuitatem Ambianorum facit, nam & si ciuitas Ambianorum Samarobrina fuerit, non propter ea sequitur, Samarobrinam esse Ambianos, opidum gallicè Amiens. Potuerunt enim Ambiani alia quoque, habuisse opida quorum Ptolemaeus non meminerit, nihilominus tamen Ambiani, id est, Amiens, non usque adeo rum magnum oppidum, ut nunc est, vt vereres muri docent. Sic etiam idem Ptolemaeus ciuitatem Rhenotum Durocotorum & Cästorum Bellouacorum appellat. Cum ea tempestate & Rheni, & Bellouaci, sicut hodie, opida erant, & gentis caput. Item, Suesiones, & gentis, & opidi nomen est, habuerunt autem sub se Suesiones duodecim opida, vt libro secundo scribit Cäsar, quorum Bibrax unum, hodie Braine, quatuor milliaribus Gallicis à Suesionibus comitatus titulo decoratum, & item Noviodunum, Noyon, Bellouacorum vero Bratus pantium erat opidum. Quare nihil agunt, qui Samarobrinam Ambianos esse opinantur. Cum autem Caesar esset Samarobrinæ, id est, Cameraci, vt nunc vocant, & certior esset factus de oppugnatione castrorum Ciceronis in Neruijs, misit Nunciū statim in Bellouacos ad M. Crassum, cuius hyberna aberant ab eo milia passuum viginti quinque. Vbi notandum, Bellouacorum vrbem paulò amplius distare à Samarobrina, sed hyberna Crassi, non in ipsa vrbte Bellouacorum, sed in eorum finibus aliqua parte fuisse, ita, vt dimensio non obsteret. Alterum numerum etiam in Aëssuis ad C. Fabium misit, vt in Atrebati fines legionem adduceret, qua sibi iter faciendum sciebat. Erant Aëssui, qui circa opidum Aësthabitant, quod superiores Germani Aës dicunt. Fabius autem ut imperatum erat, non ita multum moratus in itinere, cum legione occurrit, quod omnino faciendum ex Aëssuis in Atrebates ire volenti. Ad Labienum item ut veniret in fines Neruiorum scripserat, si Recipibl. causa & commido facere posset. M. Crassum Samarobrinæ præfecit. Post liberatum Ciceronem legiones circa Samarobrinam retinuit. Et profectò commodiorem locum habere non poterat, neque enim pater quisquam vrbē Cameracēsem nouam esse, aut intra paucos annos in tantam amplitudinem excreuisse, est certè nobilis illa Samarobrina, de qua ad Trebatum scribit Cicero: Vna collocutio nostra pluris erit, quam omnes Samarobrinę. Et in alia epistola: O præclara castra, quid tu fecisses, si te Tarentum, & non Samarobrinam misisssem. Et quodnam amplius dubium est poterit, quum nomen ipsum indicat, quod quātum. Cambrai Galli, Itali vero Samberey dicunt, vide quam facilè Samarobrinam inde fecerint. Si ex Amiens faciunt Ambianos, ex Beauvais Bellouacos, quid vetat ex Samberey Samarobrinam fieri.

Porrò Archiepiscopus, & Principatus Rom. Imp. dignitate Cameracum præfulget. Non quidem ex ordinatione recenti, qua Paulus quartus Anno M. D. LIX, nouos Belgij Episcopatus ordinauit, sed antiqua fundatione, qua Atrebatenus Episcopatus Cameracensi multo tempore vñitus fuit, quemadmodum testantur historiæ, & præsertim Christianus Massenus Cameracensis lib. xiii Chronicorum & Annalium Hannoniæ, qui triginta tres recenset Antistites, vtrique Ecclesiæ coniuncte communes. Quorum aliqui ob præclara vita merita, in Sanctorum ordinem sunt relati, vt S. DIOGENES, martyris laurea in persecuzione Vandalica illustris. VEDASTVS a S. Remigio Remorum consecratus, miraculis clarus, quæ Hayminus collegit, & vitam eiusdem Alcuinus conscripsit. VE DVLPHVS, qui ex Atrebato sedem Episcopalem Cameracum transtulit. S. GAVERICVS Clotarium Regem ad fidem Christi conuerit, sepultus Cameraci in Basilica, quæ ab ipso in mortis vertice in honore S. Medardierat construata, quo in loco, temporum conditione ita exigente, Carolus V. arcem construxit. Quare Canonici S. Gaugerici receptorunt se in parochialem Ecclesiam S. Vedasti, vbi in magnifico choro à se constructo corpus sancti Gaugerici reposuerunt, atque ita Ecclesia sancti Vedasti dicitur etiā Ecclesia sancti Gaugerici. S. AVTBERTVS Ecclesiam Atrebatensem construxit, & Hannoniam ad fidem Christi conuerit. Iam hoc tempore Cameracensis Episcopatus ad Metropoliticam dignitatem euestus est, cui Episcopales sedes subiunt Atrebatum, Tornacum, Audomarum, & Namurcum.

Plura de hac Vrbe particularia, quarto Vrbium tomo explicauimus.



M V I A H I A O



CALESIVM.



ALESIVM, quod & Caletum modo à nonnullis appellatur, est opidum Flandriæ, natura & arte munitissimum, propugnaculum Galliæ, clavis, frenum & ianua semper habitum quo loci, veteribus Portus Itius situs fuisse putatur, nempe ad Oceanum, qua, Septentrioines vetus idem Oceanus Germanici; versus meridiem, Britanicis maris cognomentum, sumit. Itaque itinerex Fladria in Angliam adiacet, è regione Douera portus, Grauelinga ad tria millaria, septem Ardesio, "pononia verò, quam Galli Boloniæ vocant, terra ac mari, citer octo distat. Populi huius tractus, olim Calesij vel, ex Caletare, Caleti vocabantur, & ad Belgas, quemadmodum Morini, & Nerui finitimi, pertinebant. Quidam Ptolomæo Gessoriacum Nauale Morinorum esse putant: cum Iacobus Meierius ac B. Rhenanus, id nomen propinquæ Bononiæ, ex qua Caesar Claudius in Angliam traiecrit, Bilibaldus vel ò Pyrheimerus Gandaou, tubuerint, vacillantibus coniecturis. Sed hunc Itium, siue locum portum, Raymundus Marlianus in hac verba describit: Itius portus, inter Belgas, inquit, Morini, Oceanique mari finitus est. Ambiani, & Atrebatis proximus, à continentib Britanniæ, quam Angliam dicimus, triginta milia passuum distans, & trajectui commodissimum, cui ad dexteram Zelandia insula, Hollandia & Flandria: ad sinistram autem Comitatus, qui dicitur Pontus, Picardia pars, & Normannia Ducatus. Ex opposito verò Anglia consistit. Opidum est illuc populorum, quibus caletes nomen est. Id, adiecto Itii portus nomine ut quibdam placet, Calitum nuncupatur, Morinensis dieceſas, in Regno Francorum, & potestate Anglorum Regis situm. Hæc quidem Marlianus. Sed Iecii portus situm Flandria opido S. Audomati melius contuenire, D. Abrahamus Ortelius in suo Theatro, Artesiam describens, explicat. Nos etiam quarto Vrbium Tomo hac de aliiquid, in his toriis oppidi S. Audomari.

Veruntamen, hoc opidum Calesium idem ille Meierius, olim etiam Petressam, & Scalas appellatum tradit. Miliari ab hoc opido procul, pons est, quem Nonambrigæ vulgo nominant, adjunctam habens arcem munitissimam, vnde per occultos canales, turgentem mari deuinato, aqua, circum hoc opidum, & vndiqueque copiosè stagnat. In fauibus huius opidi, Aix est cum turri valida, cui Risbanæ nomen, que ingressum à mati in opidum prohibet. Porro autem Odoardo Quinto Anglorum Rege captum ab Anglis fame fuit, vndeclimo mense pridie nonas Augusti post horribilem illam contra Philippum Sexum Regem Galliæ commissam ad Crecium pugnam, Anno Christi M. CCCC. XLVII. quantum quida referunt. Quam pugnam Paulus Amelius libro IX. diffusè narrat. Hoc oppidum igitur Angli possederunt, CCXI. annis magna diligentia & impensa id præf. & semper firmarunt: Tantique referte putarunt Angli reges eo potiri, vt hoc salvo, se Galliæ claves in oculis habere dicerent. Ita enim in conuentu Ambianensi Angli Galliæ, Calesium demolitum repescitibus responderunt, negantes se hoc opidum Galliæ vnguam restituturos. Quia, quandiu possiderent Calesium, certos se affirmabant, quod haberent clavem Galliæ in sua zona. Et proinde, vt Meierius refert, maluisent Angli omnia perdere, quæ trigesima annis per Galliam ceperant, quām vniuersi spoliari Calesio, quia vniuersi illis portus & descensus in continentem esse solerent. Nec hoc quidem fallo, quoniam ex hoc in continentem, pro animis sententia milites suos frequenter expulerunt, atque hinc, maximos in Galliæ proges suis perpetuo fecerunt, & in Flandrorum fines subinde excurrerunt, multa loca populantes, & ditiores, captiuos secum abducentes. Quin etiam, inter opimas ac varias prædas quinque milia puerorum ex Occidental Flandria, scilicet vno tempore Calesium perraxerunt. Sed tandem à Galliæ oppugnatum, expugnatumque fuit anno M. D. L. VIII. mense Februario. Quæ res sic habet. Galli calendis huius mensis, magno silentio exercitum ad Nonambrigæ pontem, Arcem munitissimam, Guisio duce, quām celeberrimè perduxerunt nullaq; omnino interiecta mora, ipsam, & Risbanam arcem alteram, vno eodemq; tempore simul obsidere, tormentisque concutere ceperunt. Cum igitur Angli se vndique cinctos ab hoste viderent, & ei naues subfido ex Normania, Bononiaque indies aduentare; de sua salute desperantes, quod hæc sanè ex insperato contingente & imparatis, animos proiecerunt. Quo a cedebat, quod, qui Neonambrigæ Ponti præsidio collocati fuerant, tantum à tormentorum fragore metum conceperunt, vt reliqua turpiter arce, se se Calesium receperint, Risbanæ vero arcis miles, intra horam vix obfessus, vltro se, in liberam hostis potestatem tradiderat. Quamobrem, Galli, claves illas Calesii, vna, cum perquam multis bellis tormentis, atque eorum, & annone apparatu haud exiguo, receperunt. Hanc enim victoriam persequentes, subito Calesium appulere. Cui opido tum præfectus erat Milordus Ventfattius, vir imbecillis animi, minimaque rerum experientia prædictus. Opido inerat vetus sexcentorum militum præsidium, qui ibi perpetuo stipendio add. & i. nullis domesticis, extensive bellis exercitati, non magnum vsum habebant rei militaris. Itaque Galli hoc opidum variis locis principio tormentis tentarunt. Eneftigio demum arcem, qua mact spectat trigesima tribus majoribus tormentis adorti sunt. Cui, cum muri partem decussissent, eo sub horam noctis tertiam, trium Regum die, impetu fecerè. Tunc enim mari's etiis retrocesserat, & Mars Gallo fauens, noctem, nitidissima illic Luna, in clarissimum prope diem conueterat. Angli paullum resistire, mox, timore circumfusi, hac reliqua arce, Caletum se se proripuerunt. Ex quo opido ipsi duobus leuiibus adiutibus in Gallos, qui in castis auroram expectabant, in opidum penetraturi, impressionem mouere; Sed accepto damno, regressi sunt, ac pulsi. Quare certis conditionibus se se postridi. & ediderunt. Ita demum à publico pacis secedere, inter Philippum Hispaniam ac tum Angli Regem, & Henricum II. Galliæ, nempe, die xx. Aprilis, Anno Christi M. D. LIX. Galli, se Angli hoc opidum intra annos vii. reddituros, datis in id obfibus, pœti sunt. Id ramen adhuc retinuerunt. Hanc Gallorum victoriam excellentius illius temporis Poeta, vt Abt. Turneb. Auratus, Mich. Hospitalis, & alii, variis carminum generibus decantarunt. Ptolomæus longitudinem poli portus Iecij constitut grad. 22. min. 15. latitudinem veò grad. 53. min. 30. Poli autem oppidi Calesii longitudinem facit grad. 22. min. 45. latitudinem gradum 53. minitorum 30.

Anno salutis M.D.XCVI. sub initium Mensis Aprilis Serenissimus & Reuerend. Dominus, D. Albertus Austriacus Cardinalis & Archiep. Toletanus, Belgicarum Provinciarum Gubernator. (Hollandico & Conſederatorum bello contra Philippum Regem durante) primam expeditiōem ex Brabantia Bruxellensi residencia, in Calesium subiit instituit, & brevissimo tempore, cum admiratione multorum, ex voto perficit. Neonambriæ Pontem & Risbanæ Arcem, armorum & machinarum strepitum, circa suorum detrimentum die 9. April. vi expugnauit, mox armata etiā manu die 15. Apr. subiit dominus factus est. Callesiani Galli, cum se potentissimo hoste arctissimè cinctos, bellumque urgenter administrati viderent & statim, de salute, & auxiliaribus copiis spem omnem deponerent, facta dettione die 17. Apr. Cardinalis potestati se tradiderunt. Interim aliquam adhuc liberationis expectationem in opidi Arcem & veteranum in ea præsidū, quod aliquor Gallorum accessione auctiū erat, colloabant, vt, qui scirent, eam Arcem probè munitam, & rebus omnibus ad diuturnam obfitionem perferendas, instruēssimam. Quare dedita vrbe, complures ciues in Arcem, vt in tutum refugium, se reperirent, quibus sex permitti sunt dies, vt cum præsidio, de summa rerum deliberarent, quibus finitis, cum deditiōem negarent, Sereniss. Cardinalis Arcem ipsam muralibus machinis validè concuti & verberati, & magnis deinde viribus oppugnari iubet, qua, post non multas horas, secundo assalto, die 26. Apr. potuit, & sic Calesium, Arcemque ipsam, quæ Gallorum, & multorum opinione, infuperabili videbatur, hoc est, Galliæ claves, in Regis sui loculo depositis.

CALETIA





LUXEMBURGVM.



V X E M B V R G V M ciuitas, Metropolis Ducatus Luxemburgensis, quam Ptolomeus Augustam Romanduorum nuncupat, etymologiam sortitur, secundum latinos à Lucisburgo, quia illius prouinciae incolæ præ cæteris idolomanæ, præstigiis lemurum effictæ, penitus mancipati, hancque vrbem hoc nomine reliquis, instar LVCIS præfulsisse, vnde Lucisburgum, tanquam Lucis arcem appellari meruisse à Sole quem luminum patrem, & omnium planetarum caput cognominant. Sitæ est commodo forti & ampio loco, variis adficiortum structuris quondam conspicua, sed propter infastam bellii cladem destructa, haud commode post à ciuibib bello exesis restaurari potuerunt. Quanquam primis huius vrbis incunabulis, temporibus Othonis magni Aug. Castellum solum extitisse fetur quod Sigifridus qui dñm, siue vt alii malunt Gilbertus Ricuini Arduennenſis filius, cum ab Abbatे Cœnobii Sancti Maximini Treuirensis obtinuisset, eo ampliato, consensu Brunonis Ducis Lotharingiæ, qui Othonis Imper. frater erat, Comitatum Luxemburgicum instituit, Venceslaus tandem frater Ioannis Luxemburgici, ex authoritate Caroli IV. Aug. cuius erat patruus Ducatus titulum assumpit. Porro ex hac planicie, qua in vrbem primum ascenditur, vñco omnino cliuo pons est lapideus, supra Alizuntem fluuium vulgo Alſitz, & in rupe demum alta & prærupta, ab vtraque parte ruinæ fornicanum arcis veteris, quæ Luxemburgum olim, vel vt quidam volunt Lutzelburgum, vnde & nomen mutuatam vrbem ferunt. Est in hac vrbe Franciscanorum insigne cœnobium, cuius fundamenta iacta astruunt ætate D. Francisci. In quo post summum altare in capulo ligneo coque aperto, corpus integrum fere Ioannis regis Bohemiæ seruari solitum est, qui fuit filius Imp. Henrici septimi, ac pater Imp. Caroli IV. Aug. qui anno sal. M. CCCXLIX. dum Francorum Regi militat aduersus Britanos, in prælio occubuit. Est & hic celeberrimum cœnobium, quod vulgo Munster nominant, cuius etiam An̄tistes ob præclaras & eximias animi dotes, ac singularem in liberalium, aliarumque venustarum artium cultores amorem & merita ab omnibus laudandus & merito colendus est. Ex hoc cœnobio paulatim in vrbem ipsam quam recentiorem nuncupant ascenditur. Vetus enim quæ dicitur, ad huius rupis radices à sinistra, in profundissima valle, pro suburbio nunc habetur. Ea enim cum ob vndique impendentes montes præaltos, ægre defendi posset, pro ea qua nunc vtuntur, oppugnationis ratione; placuit in eorum altiore, vnde plurimum noceri potuit, & vrbi & castro, oppidum id condere, quod recens vocant, mœnibus & propugnaculis egregie munitum, vt ea nunc passim solent erigere ad excipiendo machinarum tormentiarum impetus. In arce natī sunt, Henricus septimus Rom. Imperator, & eius filii Ioannes Illus. Rex Bohemiæ, ex quo Carolus eius nominis 4. Imp. & ex hoc Wenceslaus & Sigismundus Imp. procreati sunt. Quin etiam quamplurimi Duces, sic & Comitissæ vt vocant, & Ducissæ, hic natæ fuere. Cum etiam salienti careat aqua cisternas habet hæc vrbis, ducenta vel trecenta plausta continentes, in quibus aquam pluvialem colligunt. Sunt tamen ibi duo putei, quorū uno in monasterio S. Francisci, altero apud S. Claram ob profunditatem, rarius vtuntur, Ciues tamen aquam fontanam, quam in inferioribus opidi rupibus habent, per ancillas apportari curant, vnde natum est, quod Luxemburgenses ancillas asinas vocitant, propterea quod singulis diebus bis vel ter, aquam haustum descendere cogantur. Huius Ducatus Gubernator est illustrissimus comes Petrus Ernestus Mansfeldius qui in sua hac Gubernatione fidelem & vtilem Regi Philippo operam fedulo præstít. Ampla porro est planties ad quam ex vrbē, quam ad septentrionem vergere conspicuum est, descenditur, altis vndique in cincta montibus, quorum qui recta vrbem spectat, domum ipsam, quantacumque ea est, finu quodammodo videtur excipere, sic bona eius parte ad id excisa, & prorsus adæquato, si quid erat acclive, in quo amoenitati præfato illustrissimo comite Mansfeldio belle consultum, & effectum est, vt lapides ad tantum opus non sint aliunde quærendi. Hoc sane modo tam magna moles, multis tandem operis paulatim assurgit. Sed præter cætera, quæ vt pro tam magnificæ domus captu, constructa iam aut affurgere adhuc videntur, porticus in primis amplè conspicuntur, quæ ad id ab eodem illustrissimo comite Mansfeldio destinatae, vt in eis reponeret, quæcumque nancisci posset, antiquitatis monumenta, quorum magnam iam habet copiam ex diuersis locis, & Arlunio in primis petitat quod Arelunum ab ara Deæ Lunæ (vt Luxemburgum à Solis lumine) nomen sumpsisse, vulgi opinio est, prout etiam reliquæ planetaræ peculiares suas sedes habuisse in hoc Ducatu ex historia Egberti Archiepiscopi Treuirensis constat. Itaque velut antiquitatis coloniam huc deduxisse videtur, nec villo alio in loco Arlunium illam antiquam quærendam esse. Sunt autem maxima ex parte simulachra deorum gentilium & epitaphia, quæ in crepidine fontis illius pulcherrimi, ac claritudinis eximiæ, quo dilecta quondam coniugis Mariæ de Montmorenci memoriam sancte conseruat, crebro ad Mariæ fontem (sic enim nuncupauit:) aduentando, sic sunt pari interuallo disposita, vt liber sitab omni parte ad singulos lapides accessus, & inscriptiones, quibus temporum iniuria minus nocuerat, commode legi possint. Sed ipsam inscriptionem qua illustris princeps fontem hunc suum decorauit, audiamus.

QVIS QVIS HVC ACCEDIS SI TE ÆSTVS SITISVE VRGET. HIC ÆSTVM QUIETVS VITATO, SITIM PRO NVS EXTINGVITO. AQVAM MANV HAVRITO. OS LAVATO. AT PEDE NE TVRBATO. NVDO CORPORE NE POLLVITO. QVISSCENTIBVS ENIM CARISSIMÆ VXORIS MANIBVS TRANQVILLAM VNDAM SACRAVIT. MARIA DE NOME MARIAE FONTEM NVNCVPAVIT ÆTERNI SVI AMORIS TESTES LATENTES VASTA SVB RVPE LYMPHAS ERVL VIVO LAPIDE CINGI. ÆTERNASQVE FLYVERE IVSSIT.

P. E. C. M.

MONVMEN TVM ROMANVM IN VILLA

MOSELLANA I GEL.

D Mosellam flu, in villa EGLE miliari à Treuiri Lucelburgum versus distante monumentum peranti quum conspicitur, maiore ex parte integrum, qualia non multa antiquitatum mater Italæ exhibet, vt proinde huic monumento siue Epitaphio inuidere fortasse queat. Eius Apianus Antiquarum Inscriptionum volumine tales mentionem facit.

Structura antiqua, alta est, & variis imaginibus ornata, Nam in fronte imago est, quam alia duæ imagines iunctæ tenent manibus. A tergo est Zodiacus, & in medio Solis currus, à lateribus vero triumphi & sacrificia quamplurima in columnis, pueruli nudi, in pede vero. i. basi, imagines, vna legens, & alia circumstantes, in alto vero aquila ex

panis



S. Johannis Berg

Scher

NERLODES

S. Nicola

Einsiedeln

S. Michael

Dornach

Dornach

Der sich nach

LUCENBURGUM
nominis Dux
maria et Thibault
superiorum mons
et magnitudine
spectabilis



Julij Friderico et Generosissimo Domini D. Petri Ernghenfeldie Comitis ad Lucenburgam
Palacum horn et domum magnifica admunda fratrez huius pectorum monumentorum
antiquarum Colonia.

Douglas, Venerabilis et ex laeti gaudium monumentum in villa Regia
admodum a Henrico Cossingapponi sculpsit hoc, lacum in aspectu
Antonii XXXII pedes. Et dicit Apelles, ut illi clavigeremus ad eum.

panis alis superglobum stans, sed imagines, ut plurimum tempore, & tempestate exes sunt, principium vero literarum deletum est.

Luculentius vero Abrahamus Ortelius vir excellens, & nostro hoc tempore Geographicæ professionis principes, in Belgico suo itinerario. Est, inquit, aliud paulo inferius Luxemburgicum oppidulum ad leuam Graffen Mächen dicatum, & pagus Wasserbillich ybi Sura fluuius (sic enim ab Auseo appellatur, vulgo Saur.) Mosellæ confunditur, & sua habet ad ipsum ostium vineta, hinc non procul in eademque ripa Pagus est Igel vulgo nominatus, ybi in loco eminenti spectatur nobilissimum illud venerandæ antiquitatis monumentum, quo nec eis Alpes insignius aliud existare existimamus, quodque ipsi a deo Italos possimus ostentare. Moles est lapidea, ex quadrata base pedum 12. tensim assurgens ad pedum circiter 74. altitudinem, tota ab omni parte variis imaginibus semiplanis insculpta, in fastigio aquila restat fragmentum, globo insidentis, cui expansæ alas, & ante pectus velum fuisse apparent. Prima fronte tres ostentat imagines itidem semiplanas, procerioris statuaræ, & quidem quæ ad dexteram viri, finistra mulieris esse videtur; dexteras iungunt; media, ob vetustatem, ægre potest dignosci. Has nonnulli Fidii simulacrum, quale & Romæ etiamnum extet, constitutæ existimarentur; nos & fidem coniugalem, & eos ipsos, in quorum memoriam sit positum hoc monumentum, quorumque in inscriptione fiat mentio, representare suspicabamur. Sunt supra earum capita tres itidem facies, ex plano circulari prominentes, quæ & fortasse vultus referabant. Ad pedes inscriptio, cuius quam accurate fieri potuit, reliquias hic molis ipsius pictura subiecimus. Ex quibus sane verbis patet nihil aliud hoc quam epitaphium esse, qualia etiamnum multa existant, & hic vnum è multis, quod Romanæ hodieque visitur, inscriptione & sculpitura multum congruens, visum est adiungere. Sub inscriptione ad basim imago est legentis ex pulpite, auscultantium turba. In superiore limbo munitiones imagines cernas, & in medio quidem quatuor epulatum, more antiquorum, duæ enim accumbunt; qui mos virorum erat: & mensæ assident, alias duæ, ut mulieres solebant ad dextram ministri, quorum alter de abaco pocula sumere, alter infundere videtur, ad sinistram alius edulia parare. Et hæc fere quæ in frontispice dignosci possunt, qua moles viam publicam spectat, à tergo circulus est, cum figuris quibusdam, & in quatuor angulis ventorum capita, in eius medio biga, & viri imago barbati, quiddam gestantis parazonio haud absimile, ad dextrum latus, inferius quidem, trigaram vestigia apparent, currum trahentium, & complicatas sarcinas mercatorum more pars superior bigas habet, & carpentum, in quo duo sedentes reliquias imagines sic atrivit tempus, ut earum fere nihil emineat. Est hæc moles loco, ut diximus, bene conspicuo, in agroque quadrato, quem & huic monumento attributum, ut veterum erat circa sepulturæ consuetudo, iudicabamus, quo iure etiam hoc tempore maner, nec ad vsus alios occupatur.

Lubet etiam hic referre, quod de eadem hac antiquitate, libello de Germaniæ primæ antiquitatibus Ioannes Hærold refert. Affundit, inquit, se Sarra fluuius, Mosellæ aquis ad V.M.P. Augustæ Treuirorum in loco superiore: ybi ædificium cernitur, mira quadam structura in altum deductum, exornaturque imaginum variarum specie, à fronte est imago pueri, quem genii duo allati manibus extollunt: à tergo, duodecim signorum celestium circulus, cuius in medio sol curru suo circumfertur in lateribus & triumphantium pompa & sacrificantium grecis visitur, ludunt in columnis circum circa genii. In basi ex libro recitantes, & gentium multarum leges audientium imagines apparent. Aquila quoque expansis alis orbi inuolat. Hæc omnia adulatio[n]is plena, & vestigia certissima ostendunt enascens Caligula, quem fatorum fauore, in lucem editum, orbis partibus à sole illustratis, item, & Romanis olim imperaturum, triumphis, moribus, & angustis legibus & deorum & hominum reuerentiam sibi comparaturum Germanico studentium vota, his indicare volebant Eg[er]. Id est, Caligula natales, ut cui nomen est. Hæc quidem ille. Sunt alii qui monumentum hoc Mosellanum ab aquila nomen habere, ex non incertis conjecturis iudicant, quia Aigle, Gallis, & antiquis, aquilam sonet. Quæ autem paulo supra basim monumento inscripta leguntur, imperfecta sunt & mutila, quæ pictura insculpi curauimus. Non proculab eodem loco, ad oppidum Sarpruph sacrum inuentum est, cum tali inscriptione.

CÆS. ROM. EXER. IMP. P. P.
S. C. A. V. TREVE. INGR.
ESSVM. H. CASTR. SARRÆ
FLV. PRO. MIL. CVSTODIA
BIENN. POTITVS EST.

Cæsar Romani Exercitus Imperator Pater Patriæ Senatus consulto ante urbis Treueris ingressum hoc castro Sarra fluuii pro militum custodia biennio potitus est.

D. Iacobi Campii Protonotarii Moguntini, de Mosellana ista antiquitate sententia hæc est. Quod nomen habeat ab Aquila; quam Aigle Galli vocant. Nam Aquila fragmentum in fastigio restat globo insidentis, cui expansæ alas, & ante pectus velum fuisse. Ægyptii animam significare volentes, Aquilam pingebant, ut tradunt, qui de Hieroglyphicis scripsierunt. Et prisci Ethnici eos, qui immortalitatem adepti essent, Aquila vehi tradebant. Extant numismata, pro apotheosi Imp. quorundam causa, quibus in antica parte scriptum est CONSECRATIO: In postica habet Aquilam montis fastigio insidentem expansis alis cœlum, erecto capite intuentem, & quasi volatu in altum contendere nitentem. Quibus consentit historia Herodiani, quilibet quarto morem Cæsarum consecrandorum describit. Hæc aquila significatio non male conuenit monumento in memoriam defunctorum edito, siue illi Romani, siue Galli fuerint. Nam & Gallos antenatum Christum opinionem de animarum immortalitate habuisse, acita à Druydibus Sacerdotibus suis edoctos fuisse, scribit Iulius Cæsar lib. 6. de bello Gallico. Licer ille ad Μετεψύχων Pythagoricam id detorqueat. Sic illi ab æterna mente illuminati, iam tum ante ad procliuus recipiendam Euangelii lucem, diuinitus fuerunt præparati. Sed ad Aquilinum lapidem, seu Aigelstein nostrum reuertamur. Eiusdem nominis monumentum exstat Moguntiæ prope muros, Quod indubitatum mihi est in honorem Drusi Germanici exstructum. Quamuis Lipsius in commentariis, libro secundo ad Tacitum id negare videatur. Etenim plura Drusa οὐανοῦ φια diueris in locis posita fuere. Suader id Suetonius in Claudio: Exercitum inquit, Druso honorarium tumulum excitasse, circa quem deinceps statuto die quotannis miles decurreret. Oportuit igitur tumulum non momentaneum, neque leuis operis, sed firmioris & permanentis fuisse. Cum igitur in Drusi consecrationem is tumulus positus fuerit, Romani ritus confuetudo postulabat, ut Aquila in apice poneretur. Et hinc posteri, qui Gallica Germanicaque promiscue vrebantur lingua, nomen indiderunt Aigelstein. Verisimile est, & olim Colonia simile monumentum fuisse, vnde etiamnum porta vicusque

vrbis, Aigelstein remansit.

COCHMENSIS ET MONA STERII, VRBIUM TREVIRENSIUM TOPOGRAPHIA.

De Monasterio Meinfeldia.



Ex lib. I. Antiquitat. Treuericarum, Cap. 14.

ORR O quod cognoscere non iniucundum sit, Francorum & Ottonibus rerum potentibus, ut inspectis ipsorum diplomatis & penumero patuit: Provincia in pagos fuit tota distributa, pagos autem quia Comites administrabant iure temporario, ipsi etiam pagi comitatus nomen obtinebant, &c. Præcipuum in his celebritatem pagus habuit Ripuariorum Meigenensis, quem Magnacensem dixerat maiores &c.

In Anno Christi. 14.

Cum inuestigatur Ambicarinus vicus Treverorum, quem C. Caligula natalibus insigniunt.

Enim uero Pipini, magnique Caroli donationum tabulis B. Martini Ecclesia in pago Ambitino nominatur: &c. More illius & eius usq; Rom. Ambicarinus purgata lectione Suetonii in Cæs. C. Calig. Hanc porro ecclesiam esse eam, quæ veteri post & opulento Clericorum Monasterio condecorata, in Meginensi campo feracissimo sita, nomen id ipsum ad hanc usq; nostram etatem tuerit, patrioque vocabulo degeneri Meinfeldia Monasterium SS. Martino & Seuero (de B. Gregor. i. dialog. cap. 12.) presbyterio Terrorin Vallis sacrum dicitur, mihi neutiquam ambiguum est.

Hunc autem Ripanorum pagum suffit, quo Monasterium id & opidum quoque

M E I G E N E S E quod M E I F E D appellat: posse colligens.

Iam vero (inquit) quo minus relictum esset loci erroribus, pagi situm Regino (in ann. 877. secundum lectionem M. S. K. emendatiorem) quem idoneum sui temporis omnes probant autem, prope abfuisse ab Andrenaco Castello (veteribus id Antonacum & Antoniacense castellum) testatur diserte. Additque Marianus Scotus in Chronicis suo, eidem pago Ripuarie hæfisse nomen: quo Ripanos nimurum veteres illos Rheni Mosellæque accolias &c. non oportuniore magis in loco potuisse describi crederes, &c.

Porro fundatæ Monasteriensis Ecclesiæ institutæq; primordia cleris istius loci haud satis ab antiquitate instructus est si ad Pipinum Carolumque referre malit, eius tam en originem longe vetustiorem arguunt literæ à Dagoberto Rego Modoaldo Archiepiscopo sub Christi annum 644. datæ, quibus maiorum suorum beneficia possessionesque B. Petro traditas confirmans, diserte nesciit Ecclesia B. Martini in pago Maiginensi.

Ad annum DCCCCL. XXXIV. in Egberti Archiepiscopi actis.

B. Seueri corpus Egbertus, id quod nonnulli attribuunt Ruoterto, in perpetuam pagi Meigenensis sacram S. Martino basilicam, quam Pipinum maiorem cleri cenobio cohonestasse legimus, non sine miraculorum gloria trans-tulit; atque ex eius tam insignis patroni corporis accessione Canonicorum Meinfeldia Collegium S. Seueri monasterium appellari coepit, quod Monasterium subinde tectorum frequentia in opiduli formam coalescens, sanitatis causa, si dissimilique patrocinii Confluentium cum in locum tanta frequentia coluit in sequens ætas, ut ex ultima Aquitania magnu numero isthuc accurrerint ægri, compotesque votorum; experimento minime dubio facti sunt.



COCHIMA.

RCI S origo adscribenda medietate, siquidem nullis admodum remota verutatis argumentis ipsa claret COCHME nomine antiquitus obtinuit, juris Imperatorii cum immunitate quadam iam oppidi monibus inclusa quæ Kemple appellamus. Arci quoque Clottemum pagus vicius, olim contributum.

De hac arte Treuir. annales in Adalberone Archiepiscopo, ad annum Christi M.C.L:

Erectio igitur ad id quod instabar gerendum (puta Conradus Rex) in Treuiriorum ditione flexit, copiis se subsequi iussis, quibus rebellium animos subditorum isthinc edomaret, &c. Cocinima arx est distans in Septentrionem ab urbe Treueri millia passuum unde quadragesinta, ex montis excelsi atque vallis ab omni parte intercisi fastigio præterfluentem Mosellam lœua respiciens. Haec arx loci natura, vallis propugnaculis, atque alii oportunitis naturæ præsidii eo tempore firmissima, imperio parebat Romano, ac surgente paulatim ad montis radicem accoliarum conuentu municipio, arx ipsa tandem cum opido locisque contributis in ius pote statimque Trenirensis Archiepiscopi concessit. Hanc igitur, ut dicere coepi, imperia facere recusantem, vi Conradus expugnat, & nouo imposito præsidio in fide atque officio manere cogit.

Inde ad annum Domini MCCXCII. sub Boemundo Archiepiscopo.

Arx hæc iure quo optimo Adolphi Naffouij Regis Ro[n]i. autoritate tradita Boemundo, oppositaque pignori, ac à posteris Regibus Ecclesiæ Treuirensi in possessionem stabilem relicta ac confirmata.

Hoc ævo una præcipue stat firma ac eminenti fastigio quadrata turris visenda. Ab occidente & meridie altissima propinquorum montium habet obiecta cacumina opidum ad Corum adipicit. Carterumque in Boream & occidentem vergit, turris firmo muro & propugnaculis est munita: à meridie vero Principis domicilio Joannis à Metzenhausen conditoris insignibus, aliisque amoenitatibus illustri cingitur.


Olim sub Imperatoribus Burgi custodes Burggrauios appellabant, fuere Schonenburgij Nobiles, quibus Cune Canonis F. anno M. CC. LXXXII. à Rudolpho rege obsecus est. Huius vero Canonis duæ Sorores in clarissimas familias deducetæ Daunæ & Virneburgi natalibus miscuerunt altera vero Paulo Domino ab Eich sociata, clara celebriq; familia Aduocatorum à Waltoff initium dedit.

Arce vero iam Treuirico iuri adiuncta, voluntate Præsulum pro Burggrauiis se gerere ceperunt, milites sue nobiles viri à Clottem: nam opidum ad fastigium perducta memoratur Joanæ à Clottem milite Burggraui in Cochme, Archiepiscopo curante impensas. Denique arx à frequenti & insigni nobilitate fidelis obseq[ue]tui & tutelæ causa quondam infessa ac habitat.

Parochia opidi sacra B. Martino Turonensi, cuius saecularum verticem statutæ peitorali argenteæ inclusum afferuat, estque Ecclesia anno M. CCCXXIII. quo circiter tempore atrolli visa, literis: Auenione datis à multis Archiepiscopis & à Balduno Treuirorum variis indulgentiarum muneribus instructa, additaque sacra fodalitatis sue Phratris ad incolarum animos fortius adstringendos retiaendumque cultum auitæ pietatis.

Chorographia descriptio Cittatis
COCHEIMENSIS ex orientali
parte facta. Anno M. D. LXXV.





BERNCASTELLVM.

BERNCASTELLVM, ad Mosellæ flumen Archiepiscopatus Treuirensis opidum, ante annos retro sexcentos incognitum, Anno Christi circa millesimum clarescere cœpit, à Poppone Treuirensi Archiepiscopo, pulsis inde prædonibus, dirutum atque eversum est. Postea, Friderico Ahenobarbo imperante, à Comite de Castris occupatum, atque extructa arce, munitum. Mox iterum à Ioanne Episcopo recuperatum, ac refarcita, quam obsidionis tempore accepérat, ædificiorum iactura, floruit ad annum usque 1277. quo cum rursus collabescere cœpisset, primum ab Henrico Secundo, atque inde à Boemundo Treuirensibus Episcopis, arce, muris, turribus, propugnaculis, aliisque id genus operibus fuit exornatum. Quin & à Boemundo Episcopo, magnis priuilegiis, ceu opida solent imperialia, donatum est. Quæ deinde à Rudolpho, Adolpho, & Alberto Romanorum Regibus publicis comprehensa tabulis, sancta sunt & confirmata.

Memorandum quoque Xenodochium Cusanum in aduersa Berncastelli ripa à doctissimo viro Nicolao de Cusa, Episcopo Brixieni Presbytero Cardinali, à fundamentis inchoatum, & egregiis atque opimis possessionibus instructum, illustre pago Cusano decus addit. Conditoris anno 1464. Tuderti vita functi cor, sub marmore in medio Cusæ templo quiescit. Corpus autem Roma sibi seruauit.

Quia verò iste Cardinalis Cusanus, peculiare Mosellanæ Germaniæ decus extitit, libet hic breuiter commemorare, qui Guilielmus Eisengrein Spirensis, in Catalogo testium veritatis de tanto viro scribit. Nicolaus, inquit, de Cusa, Germanus Treuirensis Diocesis, ex Canonico Regulari Archidiaconus Leodiensis, & Protonotarius Apostolicus, sacræ paginæ Doctor, Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula, titulo Eudoxiæ Brixinensis Episcopus, doctrina, & eloquentia vir clarus, sacrarum literarum studiis doctus, & in primis eruditus, Græcæ, Latinæ, & Hebrææ linguae peritissimus, Philosopher, Rhetor, Astronomus, Poëta, Musicus, & Mathematicus absolutissimus, historicus celeberrimus, quicquidam disciplinarum doctrina excellebat, vt de visione Dei volumen. Aliud de pace fidei conscriberet. In Bohemos scriptis inueheretur. De Genesi Commentariolum ederet. Sermones non minus doctè quam eleganter ad populum habitos, & plura alia Ecclesia Dei profutura potestatis memorie consecraret. Obiit Tuderti in umbria, pridie Idus Augusti anno M. CCCCLXIV. ætatis LXIII. Cadaver Romam relatum in titulo suo sepelitur.

M A N D E R S C H E T.

MANDERSHET, ad differentiam eiusdem nominis, dicta superior, in Eifflia sita, rupi insidet, lignis, pro situ & conditione istius loci, abundat. nec loci viniferis caret. de qua in Treuirensi historia hoc tantum inuenio, Iacobus heroicus & insignis Treuirens. Episcopus anno M. CCCCLII. æmulos & inimicos graues habuit, maxime, Ioannem Comitem de Marca & Arenburg, Nobilesque quosdam consortes, castrorum Caldenfels, Reiffenberg, VVaezberg, Zipenfelt, Montfort, &c. à quibus sæpumero armis lacefitus fortiter tamen resistit. Vtio conflitu ex ea nobilium manu, qui castrum Reiffenberg insidiebant. 80. penè equites cœpit & duriter habuit, Ioannem Hurde de Schoneck finibus Eifflie præpotentem & pertinacem æmulum auxilio Ruperti Comitis à Virnenburg ex improviso aggressus, castra illi & oppida Hildesheim, Manderscheidt, & Schoneck Eifflie, triduo ademit, anno Christi 1452.

MANDERSCHET Inferior, ad Lefarem amnem in Eifflie boni situs commoditatibus gaudens, ad Illustrissimam Generosorum Comitum de Manderschet familiam pertinet.





SARBURGVM.

SARBVRGV M Archiepiscopatus Treuirensis, ad ripam Saræ fluminis opidum, de cuius origine, vel conditore historiarum monumenta pauca commemorant, Anno M.CC. XXXII. Dissidio Treuiri in Sacris Comitijs ob electionem Episcopi suborto, Arnoldus legitimè sedem tenuit. Competitor eius Rodolphus Sarburgum cùm astu cepisset, dum vixit, retinuit. Inde Boemundo Episcopo flagitante, libertate Imperiali à Rodulpho rege donatum est, longo temporis postea interuallo Ioannes secundus Marchionis Badensis filius, anno M. CCCC. LVII I. à Metense & Wormatiense Episcopis & Suffraganeo Treuirensi Pontifex ibi sacratus est, atque huius etiam studio egregijs, ædificijs locus fuit excultus. Quem tamen splendorem superiori seculo Brandenburgensis omnem flammis abstersit.

Sara flumen, Antonino Sarauus & pons lapideus supra eundem fluuium à Mosella non procul, qui à pago vicino *Rumz die Kunzbrück* dicitur, arcubus amplitudinis admirandæ spectabilis: quorum qui in medio ad fluminis alueum, omnium est altissimus tum latissimus, reliqui ad latera sensim humiliores: quo & ipsa pontis superficies ad utramque ripam paullatim procumbit, & operis firmitudini egregiè prouisum; ut in eo veterum artificum magistras manus agnoscas, ad utramque eius partem sunt speculæ, Treuirorum excubia. Huius meminit & Ausonius in delicatissimo illo carmine, quo hunc ipsum Mosellam celebrat his verbis:

*Tuque per obliqui fauces vexate SARAVI,
Qua bis terra tremunt scopulosq; ostia pilii,
Cum defluxisti fama maioris in amnem,
Liberior laxos exercet Barbonatatus.*

Fluminis huius & denuò meminit in hoc eodem carmine, ne quis de eius ambigat nomine.

*Naviger undisona dudum me mole SARAVVS
Torta vest'e voca, longum qui distulit amnem
Fossa sub Augustis ut volueret ostia muris.*

Cæterum hic locus ob pïcationem summoperè commendatur, hic sturiones, ut nunc vocantur; qui ab Ausonio Siluri dici videntur, vasto corpore magna admodum copia captantur. Salmones, alausæ, & præter reliqua pïscium genera, quæ luculenter ille, ut omnia, decantat: pïscem quém vulgo *Plates*, Ausonius idem in carmine quodam ad Theonem *PLATES SAM* videtur nominare, qui omnino marinus pïscis est, hic ibidem aliquando captum referebant nautæ, tantamq; esse in hoc amne pïscium omnigenum fœturam, ut cum nullo alio conferendus videatur. De hoc Saræ fluminis & Mosellæ confluente intelligenda volunt nonnulli Suetonij verba in C. Cæsare Caligula, vbi de ipsis agit Imperatoris natalibus: *Plinius*, inquit, *Secundus in Treueris vi co Ambiatico supra Confluentes genitum scribit*. Pagum sanè Ambituum reperimus in diplomate quodam Pipini regis; in alio item Imp. Caroli Magni Aug. eius filij, eiusdem ferè tenoris, in quibus inter reliquas donationes factas Cœnobio D. Maximini Treuirensis, enumerat Ecclesiam S. Martini in pago Ambituo constructam. Porro Sar fluius prope Augustam Treuirorum in Mosellam erumpit.

PALA-



PALATIOLVM, vulgo Pfalz.



X Treuirorum Augusta secundo Mosellæ flumine nauigantibus, ad me-
dium ferè M. opidulum est & arx vulgò Pfalz quasi PALATIVM dicas,
in sinistra ripa. Cuius initia non altius ordiri placet, quām à Dagoberti
Francorum regis æuo, nam alioqui, si vulgi sententiæ standum erit, IVLII
CÆSARIS CASTRVM per me vocari potest. Antiquis itaque
Monasterij Horrensis M. S. libris & Annalium certa fide compertum est, PALA-
TIOLVM in Treuirorum fuisse numeratum suburbanis Anno salutis circiter
D.C.XLII. quo tempore nobili Sanctimonialium Collegio isthic à Modoaldo sanctissimo
Treuirorum Antistite, impensis regijs excitato decoratum, cui Adhela Dagober-
ti filia Abbatissa præfuit. Qua quidem ætate PALATII ANTIQVI nomine in-
signitum fuit. Lapsa deinde Virginum disciplina, earum in locum Canonici, Poppone
eximio item Treuirorum Episcopo authore, sub annum M.XXVI. suffecti, qui in hoc
vsque tempus sacra ibi, remque Ecclesiasticam procurant. Inde cùm vetustate locus
penè interiisset, ab Adalberone, qui anno M. CXXXII. Episcopus esse cœpit, resti-
tutus, atque ad aliquem ædificiorum splendorem adductus est, ut tum demùm muris
cinctum haud difficilis sit interpretatio, quam adiuuat, quod paulò pòst à Namurensi
Comite captum opidum testentur Annales. Procedente tempore rursus ab Arnoldo
Primo, & Henrico secundo Episcopis instauratum. Abhinc frequens Treuirensium
fuit Antistitium sedes, Egregijs etiam ab Illustrissimo Principe Ioanne à Melzenhausen
domicilijs ornata, donec ab Alberto Brandenburgensi illato incendio anno M.D. LII.
cùm opidum vniuersum, tum Episcoporū in primis habitatio deflagravit. Telonium
hic Cono Archiepiscopus anno M. CCCLXXVI. Imperatoris Caroli permisso instituit.

Vbi Iacobus Badensis anno M. CCCIV. suprema obiens fata, inde Treuirim
relatus in choro Basilicæ D. Virginis sepultus
quiescit.

ANTVVERPIA.



NTWERPIA Brabantiae vrbis valde magnifica, Emporium longe celeberrimum, de cuius situ, splendore adificiorum, populi industria ac diuitijs, quorundam extant scripti libelli, & nos aliqualem eius historiam, primo vrbium Tomo deditimus. Verum, quia tanta vrbis magnificencia breui oratione explicari non potest, eandem iam denuo, sed accuratis, in Theatrum spectandam producimus.

ANTWERPIA dextram Scaldis ripam, longo tractu, moenibus & turribus coronans, ab Oceano secundum flumen quindecim circiter milliaribus Brabanticas distat, quorum singula in terram tantum spaci complectuntur, quantum si expeditus pedes statu & ordinario gradu, intra horam vnam absolutus, & laboris satis sit habiturus, & non nimium difficultatis. Verum quoniam haec rudes est & pinguis delineatio, accuratis celeberrimi in toto orbe Mercatus positio ad eorum regulam describatur, qui excoelstium circulorum inclinatione & syderum ortu, terrarum interuersu metiuntur, Gemma Phrysius Antwerpia ultra vnum & quingenta latitudinis gradus scrupulos octo & viginti adscriptis, longitudinem autem sex & viginti temporum partibus, sex & triginta minutis primis terminauit. Becanus tamen diligentissime linea meridianam in planō prius descripta ac crebrius examinata ex frequenti solaris supra finitorem circum alitudinis obseruatione deprehēdit, ultra vnum & quinquaginta gradus, vix viginti scrupulos primos latitudini esse tribuerendos. Longitudinem autem non aliam comperit, quam eam quae ex Phryso est annotata.

De primo vrbis Antwerpia fundare è nominis origine, non vna est omnium sententia. Sunt qui scribant olim, Gigantem hanc Scaldis ripam tenuisse, qui manus iter hac facientium, loco vestigialis amputaret, ac venisse tandem Brabonem, qui inito certamine, beluam illam superauerit, & talionem sceleribus reddens: dextram eius resciam in Scaldim quanta vi potuit, conicerit, atque ad eius facti memoriam castrum esse constructum, nomine Hant wverpum id est manus proiectionem, hinc matuum amputatarum insignia: hinc Gigantis & filiorum eius amburialia pegmata restare, & quo magis credas, dominum haec tenus extare, qua Resenhaus / id est Gigantis dominus vocatur: & in ipsa Curia, non tam osa eius ingentia magnō miraculo spectari: sed in marmoreo etiam colosso, qui terribili vulta ex alto forum despicit, memoriam restare sempiternam.

Hæc quia sunt commento, quæ vero propria, excusare quoddammodo, tantum non persuadere Ioannes Buchius conatur. eidem Reipubli à secretis, in opere, quod edidit de spectaculis ibi exhibitis. in Serenissimi Principis Ernesti Austriae Archiducis, Belgio profecti in eam vrbem aduentu his verbis: Etiamsi verò me non præterit hanc narrationem quorumdam argumentis vel potius conjecturis, quarum fidem à seipsis, ut argumenta petunt, refelli & explodi, nos tamen in Colosso Antwerpensi describendo, ab eius historia deflectere non potuimus, quam, si minus alijs nationibus probabitur, quod scripta nobis desit auctoritas, solis Antwerpensisibus constare sufficiat ad antiquitatem patriæ suæ commendandam, quæ publica fama à maioribus tradita, verustatis quibusdam retentis vestigijs ad nostra usq; tempora peruenit. Quoniam autem auctore Thucydide, conjecturis, & teste Liuio fama rerum in historijs standum est, cum nihil certi habeamus propter ævi longitudinem, vel cù fidem vetustas derogat, & quia sine villa examinatione aliorum relata in rebus etiam domesticis admittimus nō magis equum est difficilem rei gestæ inuestigationem ab Antwerpensisibus morosè exigere, quam incertas a liarum gentium origines admirari. Neque enim minus credibile est, quod de Rabone suo Brabanti & Antwerpenses dicunt, quam de Romulo suo Romani, de Theseo iactant Athenienses. Hæc ille, Sed his reiectis alia videamus.

Sunt qui ab auctore Adiectam Germanicæ Antwerp / ANTWERPIA dictam perhibeant eò quod tripli augmento prioribus moenibus alia sint adiecta. Cū enim longe lateque Scaldis, qui nullis coercebatur aggeribus, nullo certo continebatur alueo, per loca paludosa, viginosa, atque arundineta liberè expatiaretur, effectum esse, & crebro æstu & quotidiana accessu atque recessu mari, crebrisque alluvionibus paullatim ea editiora fierent, vt hinc nomen fortitam esse, sit verisimile. Videmus enim quotidie, dum ædificij alicuius fundamenta Antwerpia iacentur, quæ varius sit distinctus fundus, mox arenosus, mox argillosus, mox coenosus, mox concharum marinorum varijs generibus confusus. Quæ ex re certissimis ac firmissimis argumentis perspicue constat, Antwerpia situm vndique fuisse humilem, paludosum, viginosum, eamque ex quotidiani assuui incrementum, ab incremento autem nomen accepisse, & inde Antwerpiam nuncupatam.

Ioannes Geropus Becanus, in suis Beccafeliorum Atuaticis, origines Antwerpianas inuestigans, multis argumentis ex Iulio Cæsare confirmat, primum initium Atuaticorum inter Ambiuaritos Neruios, & burones fuisse ad ipsum Scaldim, eo ipso loco, quo nunc Antwerpia cernitur, quæ tunc Atuatici nomine, à Cimbrorum reliquijs sit condita, atque idcirco verus nomen Atuaticum, recens esse Antwerpiam. Hunc autem Cæsar's locum allegat. Ipsi, inquit, de Atuaticis loquens, erant ex Cimbris Theutoni que procreati, qui cùm iter in prouinciam nostram & Italiam facerent, hi impedimentis, quæ secum agere & portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodiæ ex suis ac præsidio sex millia hominum vna reliquerunt. Hi post eorum abitum multis annis à finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta hunc sibi domicilijs locum delegerunt. Necesse igitur est, locum inuenire, citra Rhenum, qui satis defendi aduersus omnes Belgas potuerit sex millium præsidio, alijs eum quidem inter Effectiones & Neruios, quo loco à Cæsare collocantur. Et vt Cæsar citra Rhenum locum designat, ita Ptolomeus ultra Thabudam siue Scaldim, Atuaticum in Thungrorum finibus inuenit. Si igitur accurate totius huius regionis situm, quæ Liburonii, Neruiorum, & Ambiuaritorum erat media, consideremus, nullum locum inuenimus. hoc, in quo Antwerpia condita est impeditum est custodiendi, aptiorem. Ab Occidente enim latissimo, profundissimo, & æstuoso fluamine claudebantur, & vt temporis res erant, vndiq; a flumine paludes inuia, altū illud, in Antwerpia stat fāda viginē cingebat. His accedebat syluarum horror, quarum reliquiæ haec tenus ad ipsa propæ mœnia contingunt. Adde vt tum loca erant aggeribus fortasse parvū munita longa per Ambiuaritorum fines aestuaria. Sed præcipua ad defensionem vis in paludibus fuit, quæ vrbem haec tenus ambiuit, quamvis industria & labore hominū altiores factæ, nūc lata pascua iumentis præbant. Nec aliud ab Oceano Scaldim aduersum fubeuntibus prius locus occurrit in fluminis ripa habitudini commodus, qui citra aggerū munimenta, vndas excludat: quam ad hūc tumultum venias, qui ab arce Antwerpiana siue Burgam, ad Keilam usq; suburbanum pagum, modicè leniterq; è flumine consurgit. Hæc Becanus haec tenus, qui ex situ loci, ex significatione nominis, ex ratione insignium, reiecto falso commento, de VERPO delubro Antwerpiani nominis etymon à proiectis, sublicitisq; ripis deducit. Verpo inquit, idem est quod Latinis projecere, & quemadmodum in ædibus profecta quædam latinis quæ ultra parietis perpendicularum longius extant luris consulti mœniana vel si gerunda. l. 242. ff. de verb. sign. nomi.

nominant, ita nobis *Werp* dicitur in fluminibus & mari id, quod ultra natuum ripae litterive ductum, in aquas ab hominibus est projectum: vel ne naues vadi breuitate appellere prohibeantur, vel quo pontibus, geranijs, molis, mœnibus, aut id genus structuris alijs locus detur: vel quod in frequentissimis est, quo vis fluminum coeretur. Extant in Pomeriani duo oppidula è regione alterum alterius, ad lacum *Frischaf* nominatum, quorum utrumque molibus in aquas iactis, factum est, relieto in medio sinu in semicirculum quasi reducto. Horum vni nomen est *Oldenvverp*. i. vetus projectum, alteri *Neuvverp*. i. nouum projectum. Ex his igitur liquet, quæ tum *Antwerpia*, tum nominis sit origo. Fuit autem olim Atuatichi situs is, ut vndeque aquis includeretur: hinc Scaldis, hinc paludum & Scaldula quo nomine parvus quidam riuis urbem antequam eingens vocatur. Omnia igitur longè lateque quæ circum erant loca stagnabant aut coeno & paludibus foeda erant: ita ut nec pedibus ob aquas & altam vliginem, nec nauibus ob vadorum breuitatem, accessus hostibus daretur: insigne illud quidem ad munierandam arcem citra grandes impensis adiumentum, sed commertijs hominum, rebusq; necessarijs importandis, non exiguum impedimentum. Quamobrem vtrique accessui, & nauali & terrestri, tum, cum iam altis moenibus firmiter nec non fossis lati terti essent: consulendum esse rati, ingentes primum sublicas, magno fistucarum pondere stagnantibus paludosisque ripis impegerunt: quarum multas vidimus, dum fundamentis curia iaciendi, altè humus effoderetur. Hæc igitur ripa Arci adiecta *Werp* & posterius consuetudine mollius indicante *Wiff* ex re ipsa vocabatur. Paulatim autem crescente hominum multitidine necesse fuit ad hanc ripam ita compararam, plusculum loci adjicere, quo hominibus ad habitandum extra arcem locus daretur. Eft agnis igitur & paludibus aquas in canales nauium cappaces corriuarunt, quo humus desiccata, tum hominibus habitandi locum ampliorem, tum pecori pascua preberet sicciora. Hinc factum, ut quod Arci erat adiectum, ad ripam Atuatiorum vocaretur, id est Antativerp. Ac deinde breuius *Antwerp*. Post cum accessio hæc magnitudine & numero hominum longæ arcem superaret, Arcem quidem *Borgt* totam vero urbem *Antwerp* nominarunt. Manet tamen haec tenus arcis ius primogenium, adeò ut nemo extra hanc ciuitatem donetur, nemo extra hæc, morti abindicetur. Atque haec quidem sufficere videntur, ad antiquum urbis situm & duplex nomen *Antwerpianum* & *Atuaticum* & *Ambiuaritorum* munici pium riduquasi minerua depingendum. Reliquam nunc est, urbem ut ipsam aggrediamur, quod dum facimus, à rebus sacris enarrationem nostram ordiemur.

Primaria *Antwerpianensis* Ecclesia B. Mariae Virgini inscripta, collegiata, runc *Cathedralis* est, amplitudine, magnificientiaque excellens, multis ornamentorum generibus decorata. Cuius eminentior turris campanis destinata, mirabili structura ex candido marimore affabre facta, admirandæ altitudinis visitur, alta pedes quadrinętū viginti, vnde non tantum sumptuosisima ciuitatis ædificia, sed & amenissimi quoque versus agri, horti, & prata, etiam ultra Scaldim in Flandria prospiciuntur. Sunt in ea tringita tres campanæ promiscue magnitudinis, quæ tam consonantem edunt sonum, & diuersas Ecclesiasticas melodias ita exprimunt, ut ab harmonia musica vix eum distinxeris. Harum campanarum prima ranta est, ut nulla in Belgio sit magnitudine valet, octo enim pedes caput eius altitudo, septem cum semipede hiatus in diametro. Canonici viginti quatuor. Presbyterorum magnus numerus, redditus pacis tempore amplissimi, priuilegia singularia, & immunitates haud contemnda, præ certim quoad annonam & vestigia. Confraternitates, ut vocant, sex, quas vera pietatis & charitatis exemplaria merito dixeris. In quadam huius augustissimi fani Capella reuerenter asseruatum fuit præputium nostri Salvatoris, eò transmissum anno M. C. I. per illistr. Principem Godefridum de Buillon Lotharingia Ducem, & sacri imperij Marchionem, electum Regem Hierosolymitanum. Cuius gratia solennis processio quotannis, magna religione celebratur, in honore Dominicæ circuncisionis, quo nomine etiæ sodalitas quædam instituta est quæ ex xxiiij optimatibus selectissimisque ciuibus constat, tameris re tam sacrosancta, preciosoque reliquiarum thesauro, impia ac nefaria iconoclastarum audacia & perfidia anno sexagesimo sexto post sesqui millesimum eam urbem spoliauit. Collegium Canonicorum fundatum anno M. C. XXIV. quo tempore est consecrata Ecclesia per Burchardum Episcopum Cameracensem, ad D. Michaelis Præpositum Is duodecim Canonicos instituit, qui postmodum ad viginti quatuor aucti sunt. Nunc loci Decanus Carolus Masius, doctrina & virtutum splendoribus Collegio decori & ornamento est. Ad Cathredalem dignitatem hæc Ecclesia euæta est anno M. D. LIX. à Paulo eius nominis Pontifice IV. qui pio Philippi Regis desiderio satisfaciens, Dioecesis Gallia Belgica, quæ Maiestati sua parent, commodius diuidens, tres Archiepiscopatus, siue metropoles instituit, Mechliniam, Cameracum Ultraiectum, & tredecim sedes Cathedrales, quas Metropolitanarum Suffraganeas ordinavit. Ita *Antwerpianensis*, *Gandensis*, *Brugensis*, *Iprensis*, *Buscoducentensis*, *Ruremondensis* Episcopatus Machliniensis Metropolitana agnoscent. Ex hac ordinatione primus Episcopus *Antwerpianensis* fuit Franciscus Sonnius.

Alter anno M. D. XCIV, mense aprilie mortuus Leuinus Torrentius, vir mitiore literatura, cultissimus, quod publica sua scripta testantur, & politice rei prudentia clarissimus. Praeminet quoque Abbatia Archangeli S. Michaeli, vbi Princeps *Antwerpianum* appellens diuerti assollet, olim Marti dedicata, ac prima pastoribus populi sedes. In Ecclesia iuxta altare maius sepulta est Isabella de Bourbon desponsata Carolo de Charlois, qui postremus Burgundie Dux fuit, mortua inibi anno M. CCCC. LXV. ut regale ipsius Epitaphium commonstrat. Ecclesiam fundauit celeberrimi nominis prælatus Norbertus Comitis Palatinus in Picardia & Diœcesi Laonensi filius, Anno M. CXXIV. cuius seriem historia Norberti carmine Abbatis eiusdem muro affixa explicat. Eodem igitur tempore Monasterium hoc, quo Ecclesia B. Virginis, augustissima, erectum est. Cum enim Norbertus ille, qui & primus ordinem Præmonstratensem cum aliis, tum *Antwerpianum* constituit, Canonicis, qui ante ad. D. Michaelis diuinis officijs præerant, vel cooptatis, vel si nollent, cum iusta æquabilique possessionum, reddituumque portione dimisssis, quo vellent, habitatum. Qui ergo emigrarunt Collegium Canonicorum constituerunt & non procul ab ipsa arce Templi huius augusti, quod nunc videmus iecere fundamenta circa ædiculam D. Virginis sacram, à qua toti Templo nomen sunt impertiti.

Antwerpia igitur, ut rebus omnibus & necessitatibus voluptatiæ seruientibus abundat, sic etiam anima fomenta, & Christianæ religionis exercitia vbertim suppeditat. Sunt enim in ea Parochiales ædes quinque Viroti monasteria nouem; Fœminarum totidem, Sacella, ut vocant, octo. Hospitalia tria. Dei domus, siue ut vulgo dicunt *Gothumser*, viginti quatuor. Franciscanorum in primis celebre monasterium, & insigni quondam decoratum bibliotheca, quæ billicis tumultibus dilaniata, & direpta fuit. Carmelitarum præterea & Dominicanorum etiam celebria Monasteria, quorum posterius fundatum est anno M. CC. XLII. Nec silentio prætereundum est insigne Patrum Societatis le s v. Collegium, Religiosorum Patrum Capuzzinorum Sodalitium. Porro inter amplissimas, quæ illi visuntur ædes duo sunt vtriusque sexus *Orphanotrophia* perpetuis, à magnificis viris, admodum liberanter dotata redditibus, in quarum una pueri (qui otiosi alioquin vietum in plateis quartæ, ad omnem nequitiam enutrifunt) ijs exercentur artibus, quæ ad necessarios hominū vius conducunt. In altera puellarum institutio tanta

tanta diligentia obseruatur, ut spectatissima indole & optimis moribus animum inbuant, manus sic labore adap-
tent ut matura iam aetate, quae domi & foris, in stabilienda re familiari opus sunt, affabre calleant, vnde perpetuū
Antwerpianæ gloriae monumentum hoc, ex quo tot domesticarū virtutū seminaria pullulant, dignis nequit ce-
lebrari encomijs. Quod etiam alijs nonnullis Ciuitatibus sic placuit, ut huius laudatissimo exemplo allecti, hanc
flagitiosorum hominum colluuiem, quam otium & scurrilis educatio generat explodenda, methodum ac nor-
mam pro Reip. ipsorum incremento imitari conentur.

Adhaec perfecte laudis & pietatis amplissimum reddit testimonium, quod à magistratu quatuor Iudices decer-
nantur, Pupillorum & Orphanorum exactissimam curam habentes, singulis præterea annis duo Eleemosynarij,
duobus eo munere substituunt alijs duobus (quatuor enim sunt numero) in officio manentibus, cives ad hoc
eliguntur, vt opum copia & facultatibus pollentes, sic & egregia vita sinceritate, probitateque clari, qui singulis
diebus festis præsertim eleemosynam publicè sub diuinis, & concione exoriat, eamque inter pauperes, adhibi-
ta qua par est discretione, patiuntur, quæ quotannis summam triginta millium ducatorum frequenter excedit.

In ipso fere ciuitatis vmbilico, arca ampla quadrata, Borsam vulgo nuncupant, panditur, amplissimo Septa
peristylio & pulcherrimis columnis, quibus ambulacrum, tecto conclusum sustinet, tam accuratè forniciatum
vt non testudo, sed tabulatum videatur, in quo pulcherrima quæque videndi sensum oblestantia venum expo-
nuntur, subter, negotiatores tractandarum rerum & commerciorum caufa, certis horis quotidie conuenient, lex
etiam quædam strictè obseruatur vt cum campanula ex arte horologica sonare desierit, qui in Borsa post depre-
henditur, multam pauperibus erogandam penitit.

Splendidissimæ etiam prætoriæ ædes conspicuntur, quæ ex marmorio, viuo, lectoque lapide, ex regionibus
longè distis comportato, tantis sumptibus, tantoq; æ artificio quatuor annorum tempore constructæ sunt, vt
materia operis formam, & forma materiam ipsam superet. Tacco venuissimum frontis picium in sublime fasti-
gium, per quinque ordines architeconicos ascendens, ac pro operis symmetria paulatim gracilescens. Nec mi-
nus exteriori responderet interior structura, tribunalibus, subsellis, atris, conlauibus, ambulacris & au-
listam congruo, ut ilique ordine digestis, vt dictu mirum videatur, quotquot enim Antwerpia in functionibus
publicis, politicis, ærariis, contractibus, causis, litibusque priuatius operam suam præstant, quorum amplius est nu-
merus, præter Senatores & Iudices subalternos, singulis diebus bis eò confluent ad suum quicunque quam ibi occu-
pat, stationem, ita vt ciuibus alijsque ipsorum opera indigentibus, commodò accidat, statuta hora Clientibus ad
patronos aditum patere nec (vt in plerisque Ciuitatibus agi solet) Procuratores quærendo de fatigari, & sic re-
bus domesticis securè & tutius prospicere. Porta ciuitatis decem & tres, quarum prima Cæsarea, cui Carolus V.
Cæsar Augustus nomen imposuit, vt ex inscriptione liquet, quæ talis est.

C A R O L V S A. C A E S .

H A N C P O R T A M P R I M V S M O R T A L I V M I N T R O G R E S S V S
C A E S A R E A M N V N C V P A V I T D I E X X V . N O V E M -

B R I S A N N O M . C C C C . X L V .

Hec autem hac porta structura solida & elegantia, tetrastylis, subtulimis, in pedum octoginta latitudinem protensa, hiatus, seu aper-
tura æltitudo viginti, & uno pedibus definitur, latitudo quatuordecim, profunditas transitus peringit ad septuaginta quinque
pedes. In eiusdem porta summa coronice recente est posita, tridecim pedum, præter basim qui inque pedum, ingens statua, habi-
tum antiquo & militari sago cum paludamento fortissimum heroem Brabonem referens, qui ex' Antigogo gigantea statuæ
tyranno, ab scissaque illi manu talionis supplicio, qui ille in viatorum graue vestigia soluere detrectantes, saevire solitus esse dicitur, patriam
tyrannide liberasse, & nomen Antwerpia dedisse fertur. Quam tamen multorum opiniones Beccanus in sua Gigantomachia falsum esse mul-
tis argumentis confirmare nititur. Ipsius autem Brabonis baf ad, sempiternam memoriam, ha literarum nota sunt insculpta.

B R A B O N I I N V I C T O O B V I N D I C A T A M T A L I O N E T Y R A N N I D E M

S . P . Q . A .

Ad D. Michaelis, porta Coronæ burgica fuit, præcelsa turri conspicua, quæ Imperiale coronam deauratam in summo gestabat, certum
Marchionatus imperij indicum. Verum tanto ornamento Albanus Dux, Belgij Gubernator, Anno M. D. LXVII. Antwerpenses spoliavit,
qui illam turrim deiecit, quandoarecum ibidem munitionis maxima confixit.

Pontes in iuncta hac vbe publici quadraginta, quorum multi fratris lapidis contexti & vtrimeque magnis ciuium & negotiatorum habi-
tationibus septi, vt pontes esse transiunt oculos fugiat. Omnes verò reliquos pons marinus superat, qui latè patentis fori magnificentiam,
infigni venustate ostentat.

Status Politicus, congrua & ordinata harmonia in certos Magistratus est diuisus, Scultetus habet, qui Rhienis quoque Marchio appella-
tur, habet & Amptmannum, Confules Scabinos sive Senatores, Collegia sive tribus & eorum Decanos. Scultetus criminalibus causis præ-
det. Annmannus ciuilibus, Confules bini Senatus præfunt. Qui duum viri tertio post Pascha dominico die cum reliquis Senatoribus Magistra-
tum annum ineunt. Ad vnius consulis officium præcipue spectat Reipubl. administratio, ad alterum iurisdictio. Collegia sex qua Decanos
habent, qui tanquam Præfecti res Collegiorum administrant. Hæc autem Collegia ex selectissimis ciuibus constat, antiquissimæ totius Ciuitatis
ciuiis præfida, seu neru quidam Reipubl. ac robora, qui in custodia & defensione vrbis, quare curam illi præcipue sustinent, alijque obse-
quijs Brabantæ Ducibus olim præstis, quam fortiter fese, geserint, plurima ab eisdem concessa priuilegia fidem faciunt. Horum Collegiorum
alumni in publicis certaminibus honestè exerceri solent. Quorum bina quæ D. Georgium tuelarem habent, chalybeis arcubus sive bal-
lis spicula ejiciunt, vnde arcubalistarij vocantur. Bina verò D. Sebastiani tutela insignia, sagittæ acernis arcubus emittunt. Quintum sub D.
Christophori patrocinio, nouo tormenti manuarij genere vtitur, quos Scelopos nominamus. Sextum denique quod in D. Michaelis clientelam
se dedit, gladiatorium more, quous armorum genere cominus pugnat, hinc Democatores nominantur. Tres in super Co. fraternitates stabilitæ
sunt, à Rhetorica nomen sortita vulgo Violiere, Goubloem, & Olif. ac, horum munus est, ciuibus publicè & priuatim Comedias & Attella-
nas aliisque animi oblectamenta, more Graecorum Romanorumque exhibere, quorum non exiguis pictatis, morum in spectatores dimanat
fructus. Præcipius horum trium ordo Violiere dictus, vt plurimum ex pictoribus conflatus est, qui studio sue artis & exercitationibus se mu-
tuò certant, sumnum ingeniorum acumen ostendunt. Itaque hac ciuitas plures generauit, alii pictores, variarum in sua specie
Magistros, ingenijque ornamenti splendidissimos quiam vix villa Prouincia.

De quibus licet apud Guicciardinum sufficiens inueniatur sippellex, excellensissimorum tamen pictorum catalogo hic etiam annumeramus
Bartolomaeum Spranger, quem Imper. Rodolphus, ob artis præstantiam sibi carum habet. Et Georgium Hofnagel miniatorem excelle-
simum, qui omnes nofros virium Tomos, dixerat, rurum nationum & virium typis, grata venustate condecorauit.

Antwerpia etiam peculiari Marchionatus titulo Sacri Ro. Imperij decoratur, cuius est perantiqua nobilitas, Semper enim ab ipsa usque
Thungrorum memoria hoc loco Germania & Gallia limes fuit, sed non eadem temperatione. Neque verò ob gentium discrinem, quod
Scaldi nomine indicatur, limitis tantum habuit appellationem, sed illa etiam cauæ, quod ha maximè parte Germania Occidentale latus
a piratis effet custodiendum, quoniam nullum flumen tam longè intra regionem maximas naues sursum quam Scaldi portaret, qua de causa
limes Germania Occidentalis hoc loco præcipue fuit diligenter, ne quid danni inferretur, obseruandus. Is certè Marchio, cuius inter Fran-
cos antiquissima extat memoria non aliam ob causam huius limitis præfectura est donatus, quam quod vim ex Oceano per Scaldim illatam
fortiter repulisset. Nam cum Cochlearius Danorum Rex clasie inuestitus conterminam regionem vndique popularetur, Theodoricus Ludouici
illius magni, quem Clodouem vocant, filius natu maximus Theobertum filium suum cum valida manu contramisit, adiuncto Utileone fra-
tre Theodosio Magni, vt volunt, Boiorum Ducis viro strenuo, & militaris disciplina peritisimo in confilio & prudentia sic rem gessit, vt
Danorum Regum multis vafta Regionis manubij onustum, iam iamque claves concensurum, quo in patriam triumphans rediret, vna
cum toto exercitu ad internacionem usque omnium deleuerit. Nunc successum felicissimum in hoc ad Scaldim limite sortitus, magnam præ-
signis victorie partem, Utileonis confilio & virtuti retulit acceptam, quem de hoc nomine sic apud Patrem commendauit, vt limitis præ-
sturam

eturam pro honorario acceperit, Marchio Antwerpianus appellatus, & quo vinculum firmius esset inter ipsos sororem ei Theobertum duxerit uxorem, eorum copula diuinis stirps Caroli Magni pullulavit. Vel igitur hoc solo nomine magni nobis facienda est Marchionatus Antwerpianus nobilitas quod eam dederit ducum. Regumque progeniem, qua nulla vnguam in orbe exitus clarior, a qua Rex Hispanie, Dux Brabantie, & Marchio Antwerpianus, suo titulo facit Imperii, recta linea descendit, annis am plus mille per illustrissimos homines generis serie continuata. Hic igitur tot Dux, tot Regum, tot imperatorum sunt incubacula, hic gentis clarissima primordia. His Marchionatus primum opimus Francico Regno Comitabiles & Palati Prefectos sive Maros, deinde Reges dedit ac tum Romanos Imperatores, postquam Reges Hieropolitanos & Imperatores Bizantinos e gremio suo produxit: quorum Princeps & auxilius Godfridus Antwerpiae in suo Marchionatus exercitus in Asiam ducent primicias collegit. Situs fluminis & negotiationis oportunitatis diuersarum gentium nationes huc pertraxit, que fixam sibi residentiam ibi diligenter magistris suos peculiares habent, ut Senatores & Aldermannos adficiant sibi eligantia confruxerunt, & sumptuosa palatia dici merentur, quae breui narratione describi sigillatim nequeunt. Beneficium hoc Scaldi flumen praestit Protomae Tabuda astibus marinis obnoxium, cuius ea commoditas, ut ex portu etiam altissimum narium, plana via ingressus pateat, & maxim a holcades & onerarie ripam contingat, ita ut manibus liceat onera deponeat in terram. Vnde ANTWERPIA mercium variarum famatissimum per Orbem Emporium, non tot tantum Europa, verum Afra & Aphrica ferunt rebus, tum ad vita viuum necessarium, tum etiam ad splendorem, & ornatum pertinentibus, ut eam Christophorus Stella Hispanus merito nuncupet Vniuersi terrarum Orbis forum nundinarium. Tanta enim omnium gentium confluentia, merci iumque omnigenum hic est negotiatio, ut Orbem quis in Virb. contemplari videatur. Quod etiam laetulento Epigrammate testatum fecit Iulius Caesar Scaliger inter virbum reliquarum celebrum elogia.

ANTWERPIA.

Oppida quod spectant oculo me torua sinistro,
Tot nos inuidie pallida tela petunt.
Lugdunum omnigenum est, opera Lutetia, Roma
Ingens, res Venetum vasta, Toloza potens.
Omnimodo merces, artes, prisaq; noue q;
Quorum insunt alijs singula, cum in mithi.

Simili Encomio eadem vrbem illustrauit Ioannes Bochius eiusdem Reipublicæ Secretarius, in altero Panegyrico, de Antwerpia restituta nobis dedit, dum illam per apostrophen sic alloquitur.

At quis posset opes versu celebrare superbias
Laudibus equali, tibi quas Antwerpia, mutu
Indulst pater, aetherio fortuna beatam
Reddidit, atq; tuis fauit non inuidia cæptis,
Fecit & extremis celebrem te finibus orbis.
Et Thetys tibi blanditur felicitur agit
Aequoreo, dulceq; bibunt Nereides undas
Te colit, atq; sui iactat Germania partem
Imperi, stupet & Gallus, mirantur & ore
Austra, rerumq; inter miracula ponunt.
Cumq; Caledonio stupet aduena lassa Britannus,
Helpereq; tuum populi, quæ califer Atlas
Respicit Herculeam connixus vertice Carpen
Nomen amant, Marmarici Libyci, coloni
Mutatisq; noui venerantur mercibus orbes,
Emporiq; tui penetrauit fama Syenen.

Insignia, sive ut vulgus loquitur Arma symbolum repræsentant, quod consensit nomine, & nomen ipsum Insignium explicat significationem. Habent enim arma duas manus super vallo castrorum applicatas. Quæ Atuatium Antwerpianum esse & Becani sententia explicare videntur, ut qua Hatuat Atuat sonet, quod in Burgo Antwerpienti præsidarij, ea, quæ manibus accepissent fortiter tenerent. Alij manum illarum symbolum ad Gigantis historiam, ad Brabonem, ad vestigia, cuius initio meminimus pertinere arbitrantur. Ioannes Bochius Antwerpienti Secretarius exquisito & eleganti opere, quod de spectaculis Antwerpia editis in aduentu Serenissimi Ernesti Archiducis Austriae, Belgiae Gubernatori, conscripsit, hoc de Insignium Antwerpientium symbolo commentatur. Quod si mihi de manibus Antwerpia in signibus diuinare licet, non video commodiorem neque verisimiliorum huius symboli originem, quam per antiqua Romanorum militia, qui inter cætera signa militaria, manuum etiam simulacra retulerant, ad fidem & concordiam exercitus denotandam, ut ex nummo M. Antonij apparet in quo labarum in medio, duo vtrobiique signa visuntur, quæ manum in fastidio singula habent informatam, cum his litteris. Concordia exercitus, sicut & in alijs veterum numismatibus huiusmodi signa militaria adhuc extant.

Multæ & magna sunt Antwerpensis vrbis felicitates, quas hic partim recensuimus, partim à Guicciardino Abrahamo, Ortelio, Becano, Christophoro Stella, Maiero, Burlando, Georgio Scregelio, Ioanne Bochio, Melchiore Barlao, Adriano Scholastico, & alijs doctissimis viris sunt explicatae. Horum tamen temporum minus propitijs fatis, & sed fidelis ac nimis diuturni bellum calamite multis cladibus grauissime concusa fuit. Quarum commemorationem illis relinquo, qui infaustum & exitiale hoc Belgicum bellum ex professo describunt. Mœnia habet Antwerpia & propugnacula valida, contra hostiles in insulæ ita firmata, ut prorsus insuperabilis existimet. Et tamen ab Alexandre Farnesio Parmensi Duce Belgiae Gubernatore Anno M. D. LXXXV. per artificiosum naualem pontem, ad ditionem compulsa & in potestatem Clementissimi sui principis redacta fuit. Hoc facinus, heroicum Ioannes Bochius, Recipubl. Antwerpensi à secretis duabus Panegyricis in Antwerpianum sibi & Regi obfudione restitutam, heroicō carmine complexus est, à quo alia expectantur ad eam vrbem illustrandam monimenta.

Nihil hic denique hoc opificum, aliorumq; Antwerpientium collegijs, nihil de comitijs, de publicis ritibus, moribus, institutis, de iure municipali, nihil de amplissimis priuilegijs afferemus, neque viros in omni scientia claros enumerabimus, sed breuitatis causa, ad Belgographiam Ludouici Guicciardini qui eam, in describendo partim copioso prosequitur, lectorem mandamus. Paucorum tamen hic commemorationem qui post Guicciardini atatem floruerunt, præterire non possumus. Inter eos est Melchior Barlaeus cuius scripta sunt hæc: Bucolica de Dijs gentium, de rapto Ganimedes, de vetustissima Brabantia gentis origine, sive, ut vocant, Brabantia dos: Iten vrbis Antwerpiana encomium. Inter primos autem numerandus est Andreas Scottus Societatis Iesu Sacerdos vir optimus, & virtuusque linguae peritissimus. Edidit auctorem de viris illuatribus; (ab aliquibus Cornelio Nepoti, ab alijs (Plinio inscriptum) quem auxit & emendauit. Scriptis notas in Aurelium Victorem. Primus in lucem protulit libellum Originis Romanae, quem & doctissimis scholijs illustrauit. Item Pomponiam Melam recensuit, & Specilegia post Pintianum auxit. Item Picilegium addidit ad commentaria Hieronymi Suritæ in Itinerarium Antonini. Sed hæc vltima nondum lucem videre, sunt Apud Abrahamum Ortelium Antwerpientem Cosmographum Regium. Multa adhuc alia præclara in litteris & Historia, idem ille Schottus parturit.



ANTVERPIA



DANIEL ROGERIVS ALBIMONTAN⁹

*de magnificencia urbas Antuerpias
Ursica suis olim fleretbat Roma trophaeis,*

Nobilis et claris aedibus illa fuit :

*Omnia sed longi detinunt temporis annum,
Nil finit enim iussus quod latuisse dura.*

Nec jam mira videt seculi mecum menta prioris

*Templo, vel e Farno exco theatru pueri
et ac brachiales referunt sive stuc columnas,*

*Ugo Capitolini lucida templo fons
Iacet antiquum delerent communis mole*

*Sicut antiquas deterunt tempora mox,
Femorique cum Circis obruta Roma jacet.*

*Sed bene succedit, quia a iam non Roma refugiat
Scaldis qui refluxo flumine voluit aquas.*

Cerne graui pulchre furgentes narrare voleas,
Cerne tunc haleam cuius locis diximus:

*Cerise crompidaem caeca testa ducim:
Omnia Romanum dices spirare nitorem,*

*Seu mores species artifices bonos.
Quid nisi me curiosus fallant proxima mens.*

*Nec nos me cupida fassant prefigura mensis,
Nec erit Aegina Belgica Roma minor.*

De frequentia omnium gentium in Iani-

Cofemur canticum illius spectaculo Cœri

Et celebrent miris Amphibitheatra madas.


*Quid brevis omniaq[ue] hac audiat area propterea,
Pieris impetuus illece carunda fuit.*

Pieris ingenuo roce canenda fuit.
Uepingeblai Georgi Hogenau

DE EODEM

*Sicutas in media flave glie locas vnde
Quo sum vnde nobis "nones habe"
Non vnde nobis glie sibi vnde vnde
Nunc nubes maledicere cum tempeste
Squalloribus dabo hinc etiam tempore
Agente, quoniam clavis Phoebe a
Hinc vnde, legosus cunctis cerba, locava
Hinc vnde, agerum pectus, vnde
Anthonius etriponem artus primis pede
Invenit a deo nos agnosca Gallia puer
Tunc ad egestates contigit, cuncte possunt
Et quoniamque debet huius et fieri ha
A ergo Barongio adiutor, frater, frater
Dolens amorem rurorum deus qui replicat
A ergo laetus, laetus, et vixges
Oratio nescio quid et nescio cuncta
Oratio ex ergo responde, Ode ergo*

*Poeta fulvo scaliger in laude
ANTVERPIALIS
brevissimis
Oppido quoque exercitando non curas fastidio
Locum non habet, sed quicquid teles potest
Litterarumq[ue]mque et quicquid Lactea Roma
Litterarumq[ue]mque et quicquid Lactea Roma
Omnib[us]q[ue]mque, brevi praecepsa, raroq[ue]*



FLISSINGA.



LISSINGA, est tertia ex praecipuis, vrbis Walachia, quae est Zelandiae Insula, situ opposita Flandria olim sub annum 1400. campus erat transituui in Flandriani natura commodus, (vt ex Chronicis constat) Quamobrem abhinc annis 60. eam Adolphus Burgundus mœnibus portisq; cinxit, & iis, quæ ad portum necessaria videbantur, instruxit. Itaq; dici potest, eam nunc esse vrhem, ex qua terrarum quocunq; solui, nauigariq; possit. Eo maximè nomine, quod tam amplio & oportuno firmetur portu, vt quæcumque naues, sive ex oriente, sive ex Occidente, meridieque conveant, eo illas necessario oporteat adpellere. Quæ vrbis, cum tanti momenti sit, iure meritoque Clavis Belgici maris dici potest. Ergo velis ac remis conandum est, vt sedulo conferetur, sic enim Carolus V. Cæsar Philippo Regi filio, inter arcana mandauit, vt præ ceteris omnibus hæc ei præcipua curæ foret. Et merito quidem, Nam, si Flissingensi portu potitur, maris sibi dominium promittere poterit. Veram Albani Dicis imprudentia, vt certe putatur, tam potens & excellens maris portus, Regis eripitur. Nā anno 1572. Flissinga, Enchlufa, & pleraque vicinae vrbes, ab Albano Duce, decimum nummum nimis impotenter exigente, deficiunt. Quæ quidem ratione, Geulorum vires multum sunt adauctæ; Et Flissingenses, caput cristianique erigere coepiunt, accedente victoria, quæ ad Teruensem de Hispanis porti fuerunt, & qua munitionem Walachia Insula maritimam arcem Rammeken, non optima Capitanei fide, capiunt, & in porestatem Principis Auriaci rediunt. Qui se etiam, vt in tutiorem locum cum omni familia sua recepit, quando Alemonii institutum in Brabantia minus feliciter succedit.

Dé hac Flissingensi vrbe, ita Leuinus Lemnius scribit, libr. quarto de occultis naturæ miraculis. Distat à Metelliburgo versus Africum seu Occasum hybernum, interruuo sexdecim stadiorū, quæ bis mille passus conficiunt, aut biña milliaria. Vrbecula exiguo quideri murorum ambitu, sed arte ac natura munito, qua parte mari obuerba est, quæ strenuus pescatoribus atque exercitatis naucleris, quos Pilotas vocant, referta, Flissinga nominatur, non Vlyssiba a Vlysse, vt quidam nugantur, producta origine, sed ab Urceo, aut lagena potius, quod poculigenus fœtile, superne angusti oris est, ne imprudenter liquor effundi posset, in medio distento ac capaciore ventriculo, qui circa imum gracilescit, ac sensim extenuatur, Belgis tñ Helsch nominata, cuius imagine, Civitatis huius vexilla, ac manipuli, quos etiam nautium malis in verice erectors conspicimus, insigniti sunt. Cum autem loci huius incola se poculis reficiant, nec ab iis etiam abhorreant foeminae, aliquando in hoc certamen viris potentiores ab amplexu lagenæ, quæ singulariter afficiuntur, eamque identidem exhaustiri gestiunt, nomen hoc consequuntur sunt, aut id, sum fibi à potandi confuetudine affectiunt, quæ quidem inter hos inolevit, non vt incibentur, sed inter se exhibentes, atque antith. nebulas discutant. Sunt enim complures in hac regione tetrici, mœsti, superciliosi, melancholici, qui affectus à Brabantis ac Flandris sunt alieni, vt quos non triste Saturni ac Martis, sed lœtare Louis, & Mercurii fidus informat, eoque fit, vt Zelandi, qui percipiunt excutendas illas animi molestias, geniales esse studeant, atque affluentiore potu has animi carnificinas opprimere.

Quod vero ad populares, & Flissingæ indigenas eiuesque attinet, cum simpatriotam Zelandis sagacem quandam astutiam, callidamque prudentiam communem habent, (si modo prudentia astutia, calliditas adscribenda) nusquam enim gentium tam dextri, atque Zelandi, tantaque sagacitate in odorandis explorandisque impostoribus captiosis, fraudulentis, subdolis, insidiosis, assentatoribus, quamlibet scire adulentur, palpant, blandiantur, aures titillent ac sculpturant, adeò, vt non facile horum technis, fucis, fallaciis, vertutiis decipiantur, sed illas è vestigio deprehendant.

dinoscere causis,

Quid solidum crepet, & pīca teatòria lingue,

Ne qua subter a mendosum timiat auro.

(pers. Sat. 5.)

Vt affolet iis, quibus aliud clausum in pectoro, aliud in lingua promptum. Ab hac dijudicandi peritia emerserunt in Belgias aliquot exhibita aliquando populari Comœdia) haec vulgariter dicta dicitur morione ne quis offendetur.

B R A B A N T V S, hilaris, festiuus, ridiculus in scenis, comicisque moribus immodicus.

F L A N D E R, mulierosus, salax, intemperans, libidinosus, petulcus, lascivus.

H O L L A N D V S, simplex, imprudens, incautus, infactus, iners, segnis, somniculosus, stolidus, ac minimè astutus,

Z E L A N D V S, Callidus, vafer, versipellis, astutus, subdolis, captiolius, versutus.

Qui affectus etiam ingrauecente estate ac senectute vires accipiunt, seque efficacius proferunt, nisi domita naturæ propensione atque institutione aliter condocefa. ad meliorem frugem perducantur, siquidem infima plebis illa sunt virtus, ac genitiliti mores, non patriciorum aut virorum illustrium, qui liberaliter educantur. Dé Zelandis vulgo celebrantur hi versiculi; Crescit nequitia simul crescere senecta. In Zelandinis, non nullus regula talis. Cum autem omni nationi sui adsint affectus ac virtus, mores, propensiones, studia, hoc est, instituta, quibus se quoque applicare solet, tum huic quoque geniti, à qua nihil humani alienum, non defunt genuini, insitique affectus, ad quos naturæ inclinatione feruntur, partim ex circumfuso aere, qui manifesto corpora afficit; partim, vt alimenta præterea, ex parentum natura auitisq; moribus, ac vulgari vita consuetudine, quæ aliquando ita inolevit ac menti infixa est, vt vix eximi queat quod fit (si Patricios demas, qui nusquam non cultu ac doctrina expoliti sunt) vt gregaria ac promiscua multitudo passim inhumana sit, rudis, agrestis, ferox, crudelis, indomita, atque à ciuiis vita consuetudine aliena, quæcumque etiam nationes excutias. Vetus quo inuenteratus error, ac depravati mores, sive incautabilis ac prima infancia inolefcere Zelandorum animi incipiunt, ita vt eos cum lacte nutricis sussisi videantur, eximantur, progenitorum munus ac officium est (quod nunc sedulo prestat enituntur) vt ex se prognati liberaliter instituantur: eumque animo cultum ac fomenta adhibere current, vt exuta nativa, infinitaque feritate, ad omnia humanitatis officia inclinentur. Ut enim silvestres arbores cura atque industria hominum mitescunt: immaies bellua officio ac molli tractatione mansuescant ac circurantur: ita quoque humanus animus non prorsus ferreus aut adamantis flecti potest, atque ad artes humaniores, ad probitatem, decus, virtutem, piatem, religionem informari. Quæ res effectit apud Zelandos, vt pescatores gens rudis ac pelago affuet, quorum apud Zirizæos supra quingentos esse constat, præter hos qui nondum facti adulti, in huius negotiis tirocinio verantur, paulò post in nautas ac veteranos affumendi, et sint mortuæ ac vita integrata, vt nunquam inter illos vltæ contentiones, iutriga, simulantes, dissidia exoriantur, nec vñquam inter se lites consecutentur, aut iure cum aquilibus contendant, ita vt magistratus nunquam, nisi in virgentissimis causis se horum controviris interponat, sed omnes inter se coactis comitiis dicimunt ac consipiunt. Nullum inter illos gregales tolerant mendicum, ac probro dicunt, si quis ex eo ostiæ timus spem emendicet, aut quid aliud e blandiatur, quiri ipsa Piscatoria societas, & qui inter illos est primarius, quem Decanum vocant singulos alant quibus res domi angusta est & contrariatio, quam vt familiam, ac sustentent, ex communis exario suum dimensum constituit, ita vt non desit, quod famen frugaliter ac liberaliter solentur. Cum autem tam numerosa multitudo pescatur se exerceat, ac paulò longius in Oceanum progressa, vñctum in mari venetur, si quando parcer & malignè pescari contingat, nullus vñquam horum se vexat aut exruciat, nec cuiquam male precatur, sed omnia placide ac fedate perferri, meliorum spe atque fiducia. Ita autem animi moderatio in hominibus tam inculcis, non prescriptis legibus, aut sapientum doctrina, mentibus illorum impressa est, sed instinctu ductuque natura, ac rationis iudicio concepta, quod discernunt, quæ honestati ac decoro deseruent, quæque illi sunt aduersa.

FLISSINGA
municipium
Zelandie oppidum, etiam mon-
asterium
Nautarum et Nauclerorum
domicilium



HERDERVVICIA.



HERDERVVICIA Ducatus Gelriae opidum ad Germanici maris sinum, & tuto, & ele-
ganti situ commendatum, multorum opinione, latine Pastorum sive opilionum vicum,
refugium, vel sinum designat. VVic enim & sinum, siue curuum maris recessum, & vi-
cum sonat. Ut dum dicimus Braunschweicum, Danuuicium, Osteruuicium, & alia com-
plura loca, quibus nulli sinus sunt vicini. Eadem tamen ratione, & ad mare, & ad terram
referuntur, quum utrobique ille locus significetur; ad quem est periculis quisquam secedere
possit. Quemadmodum enim in mari ad sinus incuruos a procellis & fluctibus declina-
mus: ita in terrestri periculo vnicuique ad vicinos suos & cognatos est secedendum quo-
rum iusta quædam ad defendendum sua multitudo, Vicus vocatur, a VVic, quo cedo, &
secedo a periculo dicimus. Hic enim fras est multarum domorum coniungendarum,
quo communibus viribus insultus vel hostium vel ferarum repellantur, quos singula domus sustinere non possent.

Harderuuicia igitur in Hollandi Maris sinu seu aestuariolo amoenissimo condita, a Septentrione mare meridianum aspicit, omni piscium genere secundissimum: A Meridie & ceteris partibus habet hortos, pomaria, arua, campos, agrosque tum ad pascenda pecora, tum omni frumentorum genere producendo aptos: Sylvas praeterea, quæ lignorum satis suppedant. Vnde fit, quod hic paruo benè vivatur, & multi, quibus alibi fortuna, vel penuria faciem victum negant, huic vndeque confluant.

Otto tertius Gelriae & Zutphaniæ septimus Comes, Anno Christi M. CC. XXIX. eam muris cinxit, & ciuilibus priuilegijs, & propriis Nassauiacis insigniis donavit. Eius deinde filius Reinoldus primus eius nominis, & Gelriae atque Zutphaniæ Comes octauus, abs Rodolpho primo, Imperatore Augusto, priuilegium cedenda monetæ Harderuuicibus anno salutis M. CC. XCVIII. impetravit, quo etiamnum tam in auro, quam argento, vtuntur.

Si firmitatem spectes, natura loci munitionis opidum est quod licet anno M. D. III. pridie Calendas Augusti, vt scribit Adrianus Barlandus in suis Chronicis, ignis violentissimum consumperit, & totum intra tres horas conflagravit, fortunis corruptis omnibus, cum multorum etiam interitu, quinque, aut ad summum sex ædibus ab incendio seruatis, Tamen montibus & vallis firmissimi successu temporis ita firmatum, vt aliquando hostibus suis ad ali-
quod tempus facile resistere potuerit. Firmitatem hanc confirmat Arx quædam fossis ac vallibus circundata, cui
Dux pro tempore Geldriae perpetuo Satrapas præficebat, Ex quibus ultimus fuit Otto de Santen, fidelissimus Re-
gis Hispaniarum Capitaneus. Sed hanc iniuriam huius temporis fustulit.

Quod si ipsam ciuitatem intueriliceat ædifica splendida, illuc, tum à nobilibus, tum ditissimis mercatoribus rei nauticæ studiosi, olim erecta conspiciet. Cuius rei testis inter cetera esse potest platea illa, quæ incolarum lingua Die Duncelstatt appellatur. Ad Senatum quod attinet, hunc semper habuit, non modo æquissimum, sed & antiquæ & Catholicæ Religioni, & pietati adductissimum, quod quam plurimæ fundationes, & annuæ eleemosynarum distributiones, luce clarius, si hoc tempore non obseruentur, demonstrant. De clero, vt hoc adiiciam: Tempore illo, quo disciplina Ecclesiastica vigebat, & in hominibus plus conscientia quam scientia erat, habuit presbyteros sanè integratos, diuinisque officiis sedulò incumbentes, vnde ipsorum pietate & in Deum sincera Religione Incolæ permoti, multa pro cultus diuini augmento, & Sacerdotum, pauperumque sustentatione instituerunt, Loquuntur hoc distributiones istæ, quæ certi anni temporibus in Summo Templo ex pia maiorum fundatione fieri solent Ecclesia B. Mariæ consecrata est, quæ hoc saeculo tempore et spoliata est haberet, si fabricam exterrit, interiusque conspicias pulcherrimam altaribus circiter viginti pulchre distictam, quorum quædam honeste satis fuos posseffores Sa-
cerdotes ales potuerunt; quædam vero à diversis rei manuariæ opificibus erecta, & ad nostræ usq[ue] tempora de-
center conseruata. Superior pars Camerata est, & insignibus imaginibus perpolita, Turrim habet Pharo non im-
parem, ad quam Nauta saepe naues suas dirigit. Huius Ecclesiæ omnia ultimò præsul Rutgerus à Baer Grollanus, concionandi dexteritate laudatissimus, ob fidem & Religionem Catholicam multa percessus. Cœnobia hic sunt sex: virorū tria, virginum sacrarum totidem. Primum, cui honoris causa, princeps locus debetur, extra Ciuitatem in amo-
enissimo loco positum D. Ioanni confertum est, vulgo Het Herten Loo vocatum. Cuius ultimus Comendator fuit nobilis Clarissimusq[ue] vir loachimus à Spiegel Herdervicensis Reipub. Patricius. Alterum est, quod & ædes Clericorum sibi adiunctas habet, Monasteri um Fratrum, qui sunt instituti D. Hieronymi, quorum initium sumptum à quadam Gerardo Dauentriensi, cui ob virtute sanctimoniam Magni cognomen tribuitur. Huius alumni & Fratres, vt vocantur, sunt liberi Clerici, in instituenda iuuentute, in scriptis per politis characteribus, concionando, & aliis pietatis exercitiis occupatissimi paratisimq[ue]. Quapropter semper opidanis Hadervicensibus gratissimi fuerunt. A tempore dicti Gerardi Magni, qui floruit Anno Domini M. CCC. LXXII. & Anno CCC. LXXXIV. quarto Calendarum Februarii, ætatis sua XLV, in Christo defuncti, & Dauentriæ sepulti. Item à tempore Floren-
tii Holandi, nobili parente oriundi, qui de Arkel originem traxit, qui in variis Geldriae Hollandiæ & Brabantia locis indefesso labore diligentissime lubricæ ætatis institutione, concionibus & admonitionibus celeberrimis hunc ordinem Fratrum de communi vita mirum in modum amplificauit, alios ex iis præficio Collegiis, nonnullos sacris virginibus, quosdam etiam, quod fere in ordine illo usitatum fuit, perpolitè scribendi exercitio admovit. Denique à tempore aliorum fratraru[m], qui in vinea Scholastica milites strenui & extirpandi hominum vitiis, in locis istis toti fuerunt, de quorum initii, vita, moribus, instituione & profectu Thomas à Kempis consulendus. Hoc Cœnobium Hardervicense Anno Domini M.D. LXXII. Ecclesiæ ornamenti, libris aliisque rebus vensilibus spoliatum, multos eruditione & pietate singulari habuit clavisim patres, in quorum album merito referendus D. Aletus ab Heiden, qui, cum per aliquot annos suis Collegiis pacifice, cum maximo honore, ac fructu præfuisset, & usq[ue] ad ex-
tremam senectutem, vera Religiositas & pietatis exemplum exhibuisset, tamen varos labores, multas itidem calum-
nias ac diuexationes, ab impio præsentis belli militi per pessus, portecta fide ac mente obdormiuit in domino; relin-
quens illic Reuerendum & Egregium Patrem D. Hermannum Arnoldi Similem, cuius Hardervicensis filium,
qui cum in ædibus studiorum Praefectus fuisset, apud Enchelhusianos per viginti fere annos Conuentus S. Vffulæ,
vulgo Het Suderlof, nominati, curam suscepit, tatio in honore apud catholicos habitus, vñ in Religione catholica constan-



constantissimè in exilio mortuum, qui eum probè auerunt, hodierno die, ob rara virtutum ornamenta, adhuc vī-
um extortum.

Venio ad tertium Monasterium Franciscanorum videlicet ab Eleonorā Reinaldi secundi, qui anno Christi
M. CCC. XXXIX. vixit, & Rufus dictus est vxore pientissima oportuno in loco conditum, insignique templo &
cœmitorio duplice honestatum, redditibusque annuis ita prouisum, ut accendentibus commodis & eleemosynis
quos ex ciuium liberalitate expectabant honestissimè se isti fratres istis temporibus sustentare potuerint, fuit hoc
antea Minorum qui Gaudentes vocantur domicilium ab initio, tempore vero Duci Albani fratribus de Obser-
uantia concessum, & illius liberalitate aliquot ædificiis auctum. Sed Anno M.D.LXXII. in expugnatione vrbis to-
tum spoliatum, templo profanato, & hoc postremo tumultu bellico fratribus captis, & per piorum hominum in-
tercessionem lytro redemptis. Habuit profecto hoc cœnobium (nescio quo casu conflagratum, templo diruto, &
cœmitorio vna parte, ut dicitur, in forum seu ambulatorium conuersa, olim viros maximè in concionandi munere
exercitatisimos, & aliquos, ut dicitur, propheticō spiritu illuminatos, quod memoratur de quodam, qui incendium
illud, cuius antea mentio facta est, dicitur diuinitus præuidisse, & ob hanc causam populum sepius idque ferio, ad
pœnitentiam excitasse, ut irati numinis iram compelicerent, & flagella futura à suis ceruicibus auerterent.

De virorum coenobii hac tē. Ad virginum collegia quod attinet, vnum est inter cetera præstantissimum D.
Agneti virginis dedicatum, in quo sub regula D. Augustini vivit, tempore ante definito misere destrutum, cœno-
bium inquam ditissimum, virginibus plurimis ob generis splendorē clarissimis nobilitatum: solent siquidem patri-
cii & nobiles suas filias hic Domino Deo consecrare, ut in pietate & disciplina Ecclesiastica piè religioseque omni-
bus vita suæ diebus viuerent. Harum curam quamvis aliquando fratres haberent, ordinari tamen unus ex mona-
sterio Regularum VV indecementi propè Svvollam præfiebatur, idè quod ad capitulum istius loci pertinerent.
Ad alterum Virginum collegium venio, quod S. Catharinae dedicatum est, in quo Moniales sub Regula D. Francisci
tertia piè & devote viuunt, huius confessarius per multos annos fuit Reuerendus ac insignis Pater Theodorus
Svvollanus Oeconomus exquisitus, superioribus annis in Domino, cum magnō luctu suarum virginum defun-
ctus, qui anno M.D.LXXII. per cuiusdam amicitiam cui olim bene fecerat hoc cœnobium illæsum tenuit, vulgo
Achterwerts vocatur. Tertium fuit etiam de Regula D. Francisci, earum sororum, quæ Frau Susteren Germanicè
vocantur, hodie profanis vīsibus destrūtum. His omnibus addē insigne hospitale, ad quod pauperes alienigenæ su-
um refugium habent, & ne ipsis, si forte infirmatentur, utiaticum salutis deesset, & sine pœnitentia discederent, ma-
iorum pietas facillum insigne adiūxit, propè quod sacerdos qui eorum curam haberet, ædes contiguas habet. Or-
phanis item optimè prouisum est à piis patribus, nam i. signem domum propè monasterium Franciscanorum ipsis
erexerunt, vbi ex piorum hominum fundationibus pueri & pueræ ceto vestitus genere ab aliis distincti, honestè in
pietate & timore Dei educantur, & determinato tempore ad opificium aliquod manuale promouētur, vnde postea
viuant. Si qui vel senio vel alio aliquo vīto corporis impediuntur, quo minus manū labore viatum querent, & ipsis
più nostri maiores catholici insignes ædes ex ea mœnia non procul à ciuitate erexerunt, in quarum valuis olim pul-
cherissima D. Gregorii imago cernebatur, vbi ne illis, piè viuendi occasio deesset, pulcherrimum in ameno loco, vul-
go Hierusalem dictum facillum ædificatum est. Hominibus peste vel lepra infectis etiam sua domicilia extra mu-
ros assigata.

Schola hic est, quæ olim fuit celeberrima, ad quam ex pluribus Geldriæ, Hollandiæ & Frisiæ partibus quam plu-
rimi studiosi, & ingenuarum artium candidati confluebant, idq; propter doctissimos quos habuit Rectores, Inter
quos non minimi censendi Ioannes Pedanus istius opidi Ciuis & patricius, Johannes Vossius, Petrus Apferdianus &
alii nonnulli viri sinceri & scriptis clari, quibus annumerandus Reinerus Sacerdus, qui Scholæ Ultraiectinæ hodier-
no die summa cum laude præfet. Aliuini huius Scholæ non pauci, inter quos facile Principem tenebit locum Reue-
rend. Magnif. Eximiusque vir, D. Gerardus de Hardervici, liberalium artium & SS. Theologiarum Doctor eximus, Lau-
rentiani Collegii apud Colonienses Rector insignis, ad S. Columbam Pastor vigilansissimus, qui præter Decanatum
quem in facultate artium viuenteritis Coloniensis bis terue honorifice administravit, etiam eiusdem Viuenteritis
Coloniensis Magnificus Rector designatus est. Obiit Anno M.D.III. relictis post se doctissimis in Aristotelem Com-
mentariis Alberti Magni aſſecla & defensor egregius, quem Rodulfus Langus Canonicus Monasteriensis vir sum-
mæ eruditioſis nominat Clariſſimum totius Coloniensis Scholæ & in primis Theologicæ lumen, Magnum itidem
Doctorem. Hic in Commentariis Logicis post explicationem Categoriarum Qualitatis aliquid memorabile habet,
Scribit siquidem Anno M.CCC.LXXXII. Hardervici Sacerdotem quendam honestæ vita, nulla infirmitate alia
prævia, meridiana luce, doctrinam ab ineunte aetate summo cum fructu haustam ita amisisse, ut prima etiam scien-
tiae elementa ignorans, nominis proprii oblitus fuerit, in illaque obliuione ad extremum usque vita terminum per-
mansisse. Sed hoc obiter. Huic Gerardo adhuc viuenti successor Ioannes Hardervicensis artium liberalium Magi-
ster & SS. Theologiarum Licentiatus, ut Epitaphium ad D. Paulum Coloniam docet, doctissimus, qui cum aliquamdiu in
Laurentio Collegio iuuentutem instituisse, & semel atque iterum Decanatus munere functus fuisset, magno ciui-
um mœrore mortuus est. Claruit etiam in Vbiormi Ciuitate Bernardus Hardervicensis Artium & Decretorum
Doctor, Capituli Metropolitanæ Ecclesie Coloniensis Syndicis celebrissimus, quorum honorifica in Annalibus fa-
cultatis artium mentio fit. Hi inquam & alii plurimi, summi, ingetii viri ex hac Schola Ciues prodiere, ut hic præte-
ream alios multos qui Hardervici instituti. Ecclesiarum Dei & Rep. Christianæ, utissimam operam præstiterūt, adeo
ut per eos non parua lucem & celebritatem ipsa Ciuitas adepta sit. Ac quia concordia paruæ res crescant, discordia
maximæ dilabuntur, ciues in hoc toti sunt, ut concorditer & unanimiter viuant, ex quibus quidam ex agricultura,
quidam ex piscatura, nonnulli ex mercatura, & manuū suarum labore, multi denique ex suis redditibus viuunt,
singuli adeo rebus suis intenti, ut nihil peius quam otiosum hominem oderint. Humanitatis officia erga pauperes &
hospites & peregrinos minimè negligunt, maximè ij qui patricij siue nobiles sunt, quorum hic magnus numerus est,
inter quos hoc tempore florent Hardervicij, Broichorstij, Brenij, Spuldrij, VVynbergij, VVolfssij, Edani, Homij,
Bocopij, Granenburgij, Mauriciani, Brenromij, Bronchij, Broechusij, Arnemij, Vaneveldij, & alij nonnulli, horum e-
nim Parentes non tantum miseris, & ab omni solatio desitulis manus auxiliares suo vita tempore porrexerunt, sed
ut ipsis, vel simili egestate constitutis, post mortem eorum, abunde satis prouisum esset, pias fundationes instituerūt,

OTONIVM



TONIV M, Othenarum, sive Othonia ciuitas, Fionia Insularum Danie Regni amissimae fertilissimaeque Metropolis, vulgo Odensch / Episcopatus dignitate præf. lget, octo ciuitatum Fioniæ maxima, interioribus tam publicis quam priuatis edificijs ornata, quam propugnaculorum ac maniorum ambitu munita, ut, quæ Bellona furijs sepius agitata & deformata fuerit. Quanta autem sit eius vetustas, vel inde liquet quod ab Othone quodam vel Othane, qui ob admirandam magia peritiam celebris, ac pro Deo habitus, aliquot saeculis ante Christum natum vixit, sit denominata. Neque enim ab Othono vel Imperatore Germanico, vel alio quodam ciuitas hæc nomen primum accepit, sed vt ex Annalibus Danicis patet, à pronominato Othine, à qua etiam voce, Mercurij dies, idiomate Danico Ohs vel Ohsnstag denominatur. Atque hanc Othonia etymologiam, non parum quoque confirmat vox Othinkari, quæ in Episcoporum Rigensium catalogo legitur, cùm Othinkoer, idem sit quod Othini carus, germanici Othintib/ vel Gorintib.

Sita autem est loco amoenissimo & fertilissimo, pratis, agris, & piscosis riuis abundanter cincta, vnde non exigua commoditas ciuium opibus, quæ vt plurimum mercimonij queruntur, accedit. Splendidis insuper edificijs, & insigniorib. est exornata Ecclesiæ, inter quas præcipua est D. Canuti Danie Regis Basilica, loci Episcopatus, cuius in signe crux flava in campo cœruleo, circa annum Christi 1020, tempore Canuti maximi Regis Danie institutus fuit. Cuius primus Episcopus extitit Renerus ex Anglia oriundus, ab Eltrodo Anglorum Archiepiscopo in Daniam missus, vt Fionios Religionem Christianam doceret. Post hunc ordinaria successione, triginta alijs Othoniensi Diœcessi ad hæc vñque tempora præfuerunt. Porro, in monasterijs ac templis Othonensi bus, plurima vetusta ac præclara monumenta ac Epitaphia passim videntur, ex quibus quædam excerpere libuit. Cum chorus Ecclesiæ D. Canuti repararetur, Anno salutis 1582. Die 22. Ianuarij, inuenta est tumba cuprea auro obducta, & cristallinis lapidibus heroicè & decenter ornata, in qua reconditum fuit Divi Canuti Regis Danie Martyris sceleron, cum tali epitaphio.

Iam celo tutus summo cum Rege Canutus;
Martyr in aurata Rex atque reconditus arca:
Et pro iustitia factis occisus inique.
Vt Christum vita sic morte fateretur in ipsa:
Traditur à proprio, sicut Deus ipse minister,
Et patiens potum, eolorum pertulit istum.
Lancea nec ne latus, vt Christi perforat eum.
Eius & ante sacram sanguis sacer effusit aram,
Spirituibusq; sacri moriens sociatur in astra.

Anno incarnationis Dominicæ M. LXXXVI. In ciuitate Othensya gloriösus, Rex & protomartyr Danorum Canutus, pro zelo Christianæ religionis & iustitiae operibus, vt Christus, à proprio conuicta, Blaco traditus in Basilica S. Albani Martyris, per eum paulo ante, ex Anglia in Daciam transfectus, post confessionem delictorum, sacramento munitus Dominic corporis, ante aram manib. solo tenus expansis in modum crucis latere lanceatus VI. Idus Iulij, & VI. feria, mortem pro Christo passus, requieuit in ipso. Occisi sunt ibidem cum eo, fratre eius, nomine ac gratia martyrij Benedictus, ac decem & septem sui commilitones. Qui omnes, sicut Dei gratia, cum suo Rege ac domino, socij passionum martyrij fuerunt, ita consolationis ac præmij cum eo confortesceruerunt, in eadem Ecclesia sepulti. Interfectus est etiam eadem hora Blacus, iorum omnium proditor. Molanus in Martyrologio, natalem Canuti Regis ac Protomartyris Daniæ in decimo Iulij ponit, qui anno 1086. in Basilica S. Albani martyris, manibus in modum crucis solo tenus expansis, orans, mortem pro Christo passus est à suo familiari, cum quo occisi Benedictus frater & alij sependecim, haberet etiam in coenobio Franciscanorum, quod à Christiana, Regina Daniæ, Ioannis Regis coniuge fundatum est, monumentum Regis Ioannis, eius coniugis Christianæ, & filii Francisci, ex Gotlandico marmore splendidè & magnificè, iussu ac sumptibus Christianæ Reginæ in vita extractum.

Ibidem quoque in umbra paterna, conditus est Christiernus II. quondam rex Daniæ. Norvégia & Suecia, regnisque his, propter seculitatem, quam exercuit in omnis generis homines tam Ecclesiasticos quam politicos, expulsus, deinde in Norvégia à Legatis Friderici primi Regis Daniæ patrui captus, & in custodia Callenburgiæ mortuus. A.D. 1559. Ianuarij die 25. ex animi mortore, in quem, ob Christiani III. Regis Daniæ parruelis sui obitum qui 24. dies ipsum præcesserat, coniectus fuit, metuens, ne, illo mortuo, ipse quoque necaretur. Vixit annos 77. & aliquot menses. Habuit uxorem Elisabetham Philippi Regis Hispaniarum filiam, Caroli V. & Ferdinandi Caesarum sororem: In cuius rei memoriam insignia paterna simul & materna tam Regis quam Reginae in choro huius Ecclesiæ, depicta habentur. Hæc autem pientissima Regina Elisabetha fidissima Christierni coniunx, exiliij mariti comes esse maluit, quam sola in Dania regnare. Anno salutis M.D.XXV. Mensi Ianuario Gandaui mortua. Cui Cornelius Scepperus, elegans Epitaphium scriptus. Quod laudatissimæ heroinæ in orbe Arto honoris causa, à doctis conseruator.

In codem templo sepultus est Gerardus Ranzouius, cui monumentum positum est ante chorum in dextro laterre ex ære deaurato cum tali inscriptione.

GERARDUS RANZOVIUS, Pauli filio Ioannis nepoti, qui cū oppido Odensche, à Rege Daniæ Friderico ij. Ducatus Scleuicensis principibus Holsatia, Ioanni & Adolpho, in feudum concederetur singulari certamine commissio, cum alio nobili Holsato, quem rursus grauiter vulnerauit, ense trajectus (ad hic) præsente Rege ac Ducibus nec non Proceribus Daniæ ac Holsatia, sepulturæ honorificè mandatus ab Henrico Ranzouiopatruso. Beata mater, quæ maritum, filiam & iamhunc filium natu maiorem ferè spatio vnius anni amisit, mōrens non sine Luctu, dolore ac lacrymis, collocaut. Discelsit anno Domini 1580, die 19. Maij. Etatis 26.

M V I P O T

CIVITATIS EPISCOPALIS OTHEI NARVM SIVE OTTHONIAE. V. VULGO DICITVR. FIONAE. INSULARVM DANIAE. REGNI AMOE NISSIMAE. FERTI
LISSIMAEQUE METROPOLIS SECUNDVM SITVM & FIGVRAM QM HOC SECVD HABET. DELINCATIO ANNO PARTAE PER VINICVM MEDIATOREM XPM. SALVTIS.
M.D.LXXXIII Generi, virtutibus, sonaque dñi Henrici Ranzio, Imperiis et Regno Danico, consulari, Dacianique slesiaci, Holstiae et Dlmariarum gubernatore, honorum et optimorum causam
promotore imperia hippocidante.



Hoc situs est tumulo Gerardus nomine Ranzon,
Magnanimo Paulo qui patre natus erat.
Cimbrius quem genuit, rapuit Fonia, quinque
Dum numerat vita lustra peracta sua.
Ita fuit hic iuuenis veritus inoris,
Nec minus huic eriare Gallus nota fuit.
Acquatus erat simili virtute parentem;
Nifera rupi set stamina parca manu.
Huius ob interitum planxit Rex Danicus, atque
Non minus Holsati condoliuere Duxes.
Quod sic ante diem miserando flebilis iactu
Dum nimis audacter dimicat, enje cadit.
Dicitur non temere iuuenes configere dextra,
Mors tempore ludo Mars quia dirus habet.

Henricus Ranzouius
patruus.

A L I V D.

Flos cadit, auror e modo qui fulgebat ad ortum,
Præterit exiliens fornice riuis aquæ.
Imbre tumet grauido, sed mox vagabulla residit,
Frangitur & leuiter splendida massa vitri.

Dulcis abit subito languenti pectori somnus,
Excita cum studio est mens generosa suo.
Umbra velut speculo lessis evanescit imago,
Auolat in ventos missus ab ore sonus.
His citius cadit omnis homo, licet omnia fluxa
Flos, aqua, bulla, vitrum, somnus, imago, sonus
Quod subi apresens testatur morte Gerardus,
Flos inuicuum, patria spes noua, dulce decus.

Hennigus Contrardinus

A L I V D.

Dum nimis audacter consertâ dimicod extra,
Ah miserum, ante diem funeris, ense cado.
Sic fuit in fatis ut tali morte perirem,
Quis scit vultorem qualia fatam ament?
Pana Delenta est vindictaq, lenta suprimenti,
Craftina non abiit, non hodierna dies.
Disce meo exemplo quicunq, es, candide Lector,
Cum socio haud temere conservisse manum
In dubio Mors est, sed mors certissima semper,
Nunc hunc, nunc alium, funera durapremens.

I etrus Lindebergius

Porrò in Franciscanorum Coenobio, eximia etiam fundatoris aula existit, vbi nunc aluntur docentes omnes, & studio si pueri Scholæ triuialis, instituto & liberalitate Frederici Secundi Dania Regis. Vbi etiam Nosocomium Regium, & Palatium huius in uile generale. In hac etiam ciuitate est coenobium D. Ioannis, vbi nunc defunctis fratribus, Regia Curia existit. Forum est amplius iusticiarum & piscarium, ad eius orientale latus, quondam aedes D. Gertrudi sacra, plane nunc desolata. Publicum hic eriam cämterium existit, quondam ad Monasterium Dominicanorum spectans, quos Sororibus nunc cupabant. Cuiusquidem Monasterij templū eleganter ornatum, post fugam fratrum, destrūctum, reliquis qd ficijs, quibusdam loci Nobilibus distributis. Fuit & hic templum S Georgij nunc desertum, habens quondam Notocomium adiustum. Item Templum D. Virginis cuius Præpositus & patronus est Cancellarius Regni. Vbi & præcipuum sedē & curiam habet. Palatiū quoq; Episcopale Othini fuit, speciosum locum occupans, nunc in ciuium habitationes conuersum. Præter forum piscarium. Est hic etiam Forū nouum, sive Regium, singulis sabbatinis diebus nundinis celebratum. In isto foro quondam erat Xenodochium, vulgo, das Elende haus. In hoc foro Serenissimo Friderico iij Daniæ Regi bona memoria, eiusque filio Christiano nunc electo Regi Daniæ, homagium prestatum. Hic quoque ab eodem Serenissimo Rege, fælicis recordationis, collatum est feudum Scluici & Holsatia Duci Adolpho, & Ioanni fratribus, ut etiam Ioanni juniori que actio ad centenos quasi annos
quicuerat.

EKELENFORDA.



KELENFORDA, Cimbricum Holsatiae opidum, cui versus Septentrionem obiecta est arx Ekerenborch: quæ eti in bellis Danicis sit diruta, eius tamen adhuc fundamentum, fossæ, & vallum mediocris altitudinis restant. Constructa fuit hæc arxa illam partem opidi, ubi merces exonerantur: ita ut nauigatio ab arce prohibetur potuerit. Opidum ab hac arce nomen traxit, appellatumque fuit primum Ekerenforda, ut eius insignia testantur. Nam in his Sciurus pingitur, ex una turri in alteram saltans. Nunc vero appellatur Ekeleforda. Estque ita sita in peninsula maris orientalis, ut eo propead centum usque passus circumdetur, quo circa habet portum satis opportunum tutumque, ex quo facilis est nauigatio in Daniam, Norvegiam, Sueciam, Russiam, Prussiam, Lituaniam & Pomeraniam. Duas tantum habet portas: quarum unam ingrediuntur Gettorpio & Chilonio venientes: per alteram eundum est iis supra longum pontem ligneum centum fere passus continentem, qui iter habituri sunt versus Gettorpiam Suaniam, Missundum & Angliam minorem. Non procul a ponte hoc videtur mons excelsus occidentem versus cum vallo & fossa, in hoc olim arx stetit. Locus enim flumine pene cinctus est: Sed huius fundamenti non tam multæ atque prioris arcis restant reliquæ. Vetus quidem oppidum est: Sed quo viatore extructum, & à quo priuilegiis ornatum sit, ignoratur. Utitur iure municipali Slevvicensis ciuitatis: Iuxta hoc oppidum capiuntur omnis generis pisces marinii, ut potesellus, rhombus, halec, &c. Anno millesimo quingentesimo octogesimo captus est pisces immanis, cuius longitudo tredecim vlnarum fuit; latitudo minus octava eius parte. Lingua eius obtinuit pondus 308 librarum; cor octoginta. Ex hepate repletæ sunt 2. tonnæ cum dimidia: crassities eius fuit sex vlnarum. Oppidum hoc saepe cum pacis, tum bellici tempore exustum est: hinc vetusta eius documenta sunt perdita. Multi in illo nobiles ædificia habent, nimurum Ranzouii, Alefeldii, Scheftedii, Pogovihofsi, Meinstorpii, & Tynii. Ante oppidum iacet Nosocomitum ab Alefeldo quadam pulcro facello & domunculis lapidis ornatum. Quo vero tempore, & in quem finem ædificatum fit, videre licet ex inscriptione sequenti, saxoniter deauratis insculpta: Ego Godescalcus ab Alefeldo Benedicti filius, ab arce Borchoft, hanc domum in honorem Dei optimi maximi & pauperum utilitatem dedicaui. Dsem suum obiit anno à natali Christi millesimo quingentesimo trigesimo quinto, circa Pascha & Pentecostes festum.

Nos Benedictus ab Alefeld praefectus Tunderensis, Benedictus ab Alefeld hæres in Lindv, Nicolaus ab Alefeld de Celting, indigni pauperum praefides, de nouo extruximus hanc domum anno 1578. in solius Dei gloriam, & posteriorum imitationem & exemplum.

Sunt præterea in hoc oppido omnes res mediocri pretio venales, cereuisia in illa coquitur tenuis quidem, sed ad purgandum idonea: quæ & in Dania, & Ducatus Slevviga, Holsatiae que diuenditur, vocatur Cacabilla nomine accepto à Romano cardinale Raymundo, qui ibi bibens cereuismam eam nuncupauerit Cacabellam, incolæ postea enunciarunt Cacabillam. Idque nomen in hodiernum usque diem retinet. Idem cardinalis Hanburgensem quoque cereuismam gustans dixit: quam libenter esses vinum.

Oppidum hoc totum mari sallo licet clausum sit: Nihilominus tamen limpidos frigidosque fontes habet in plateis, ex quibus cereuisia coquitur. Ex maiori itaque parte, oppidi incolæ bona sua acquirunt ex nauigatione & coctione cereuisia. Distat oppidum duobus milliariis Gottorpio & Slevvico: uno sed magno milliari Missundio & ab Anglia minore: quinque Flenburgo, tribus Chilonio, totidemque Rendesburgo.

IN CEREVISIAM EKELENFORDENSEM DISTICHON.

*Cur Ekefordensis potus, Cacabella vocatur?
Nempe quod hec belle pota cacare facit.*

IN OPPIDVM ECEREFORDAM EPIGRAMMA:

*Est alias inter, quas Cimbria condidit, urbes
Nauigio felix Ecereforda suo.
Hinc capit urbane mediocria commoda vita:
Flamma licet partas non semel haust opes.
Sunt triples urbis turre, insigne Sciurus
Iungitur: unde vetus plebs ea nomen habet.*





COLDINGA.



IMBRICÆ Chersonesi verus & amoenum opidum Coldinga, arx, ac munimentum regni Daniæ, Holsatiaæ conterminum. Nam amnis, qui præter labitur, Raniæ Regnum à Ducatu Slevicen- si distinguit, Nomen obtinere creditur à colle & sylula collis sita, prout ipsa loci insignia de- monstrare videntur, quæ sunt aquila in colle nidiifans, & arbor in valle excrescens, vnde Appel- lationem Danicam Colling, siue ut alij prouinciant, Colding fortita est. Opido vero initium pis- catorum hunc locum occupantium, tabernæ dederunt, ad quas paulatim multa mercatorum adi- ficia accesserunt, qui propter insignem portum, & tutam nauium stationem, aliasque maris, & lo- ci commoditates, hic confluxerunt, vnde collecta tandem multitudo populi societas, urbanis & ciuicis priuilegijs donata, excrevit. Ita Collingensi communitati, pro fidelibus impensis seruitijs, immunitates & priuilegia primum concessit Voldemarus III. Daniæ Rex sub tali verborum forma, Voldemarus Dei gratia, Dano- rum & Slavorum Rex, omnibus præsens scriptum cernentibus, salutem in Domino sempiternam: Tenore præsen- tium constare volumus vniuersis, quod nos dilectis villanis nostris in Colling, Exigentibus eorum fidelibus serui- tijs prædecessoribus nostris Regibus Daniæ impensis, & nobis impendendi, omnes libertates, gratias, & iura ciuilia, quæ, & quas à dictis antecessoribus nostris, & ab antiquo habuerunt, eis cupimus & concedimus, &c. Data Collingæ die S Mariae Magdalena sub sigillo nostro M. CCC.XXVII. Eadē priuilegia sequentes ex ordine Danorum Reges, diuersis temporibus confirmarunt, Nimirus Christophorus III. Bauarus M. CCC. XLII. Christianus primus M. CCC. LII. Idem etiā Christianus alia priuilegia prioribus addidit, peculiari instrumento exhibito, & dato Ha- derslebij anno M. CCC. LXXI. Quin & tertio instrumento, eodem anno dato, suam erga Coldingenses propen- sam affectionem declarauit, quod magnam iurisdictionis authoritatem, non intra moenia tantum, sed foris etiam latè concessit, Cuius quidem Regis beniguitatem, eiusdem regni successores confirmarunt, Vt, Rex Ioannes M. CCC. XC. IV. Fridericus I. anno M.D. XXV. Christianus III. anno 1540. Demum etiam Fridericus II. Et prediſceſorum fuorum gratias confirmauit, & vtli, letoque munere easdem adauxit, dum lata camporum planicie, pecori paſcen- do Coldingenses, pro regia magnificentia sua, donauit. Atque his quidem tot Regum priuilegijs & immunitatibus a- moenissimum hoc opidum in hodiernum usque diem feliciter floret.

In colle, vnde opido nomen, arx per celebris Aquilæ Burgum nuncupata, magnifico splendore se latè conspicien- dam exhibet, Cuius præcipua ædificia ad Septentrionem tergentia Christophorus Bauarus, eius nominis III. Daniæ Rex à fundamento excitat: Præter alia documenta, argumento sunt Bauarica insignia in columnis, sub Danicis scutis incisa. Post tempora vero Christophori Regis, reliqua arcis structura sub Christiano III. anno salutis M.D.XLVI. inchoata, ab eodem anno M.D.LVIII. heroica magnificentia est absoluta, Hora eleganti Dorothea Regina, & viua- rio amplissimo, in quo omnis generis ferè conseruantur, Fridericus II. hanc arcem eleganti ornato condecorauit. Quam felici eriam ortu commendarunt, Ioannes iunior, Holsatiaæ dux, Christiani tertij filius, & Dorothea eiusdem filia, ducis Gulielmi Luneburgensis coniunx Elisabetha etiam Friderici secundi primogenita anno 1573. Vldaricus, & Augusta filia, quæ etiam eadem in arce, per Baptismum Christi regenerata, aliquot lata die, multis principibus viris, ibidem existentibus dedit, vt Episcopo Bremensi, Henrico Duci Saxonie, Marchioni Georgio, Friderico, & alijs.

Templum unum opidum habet, quod Serenissimus Fridericus II. & Sophia regina oratorio priuato, eleganti sa- cello anno 1573 ampliarunt Pari pietatis zelo Christianus Rex Nosocomion, publicæ Coldingensem utilitati con- struxit. Cuius anniversarios sumptus, Serenitatis suæ filius Fridericus II. Danorum Rex optimus, quo nemo Reipub- amantior, nemo apud populum, ab omni hominum memoria desideratur, ampliores reddidit.

Dorothea Daniæ Regina, post defunctum maritum Christianum, ad iuuentutem bene formandam Coldinge sco- lam construxit, anno salutis 1566. Quam postmodum Fridericus II. pro paterna in subditos & Daniam affectione, an- nuo censu ampliavit, & duodecim alumnorum stipendijs auxit.

Pons Coldingæ vincus est, ex quo totus realis tractus opido vicinus, nomen haberet & Broherit, siue, vt vulgus Da- nicum loquitur, Broscherrit, nuncupatur. Hic pons Regi Daniæ instar fodina metallica est, qua autum confectum affatim præbeat. Quotquot enim boum, & equorum capita præter alias merces, ex hac Cimbria, Chersoneso in Hol- satiam ad Albim, ad Hanseaticas ciuitates, ad diuersa Germanie emporia & mercatus deducuntur, in hoc ponte Im- periale talerum persoluunt. Vnde vestigia inestimabile colligitur.

Amnis ad meridiem opidi moenia alluens, Cimbriam ab Holsatia limitis instar, distinguit, & per duo ostia, altero ad Meridiem, altero ad Septentrionem in mare Balticum se exonerat.

Edax Vulcani rabies ter Coldingam miserè deformauit, quæ ob commodam loci oportunitatem, pristinum nito- rem semper recuperauit.

COLDINCA LECTORI

Traxerit vnde meum nomen veneranda vetustas,
Offertur si quis, quem didisse iuvat:
Is sanè à ligno, nec non à colle propinquuo
Conueniens nomen nouerit esse mihi.
Parva fuere mihi fateor, primordia; namque
Fallere qui pices insidiando solent,
Hic habuere suas olim, mihi credere tabernas,
Et mihi tam certè gloria nulla fuit,
Nunc verò præfatus ego sum Republica facta,
Vt mea vix posse gloria parva mori.
Nam libertates mihi sunt à Regibus ampli,
Temporibus priscis, & data iura pisis,
Hū Dania iunctos, quos magna potentia fecit,
Quorum fama replet foliæ viri amique domum.
Et mihi, quæ monstrem, data sunt insignia: nempe,
Arbor in ornata gramine valle virens.
Nidiifans in colle simul loris armiger ales:
Hūz mihi possum nominis esse memor.
Regia spelat præfatus in colle propinquuo:
Hac quoque non numeris est reticenda meis.
Hanc Reges struxerunt duo, de nomine Christi
Ambobus nomen quæ liquet esse suum.

Primæ dedit multis hac incunabula natis
Regum quos effet commemorare labor.
Hic pius exspirans Christianus fata subiicit,
Cuius perpetua fara superflues erit.
Vnica, que sacris infernus cultibus, ades
Est, mihi supremi laude honor a Dei.
Hinc tamen extinxit Rex & Regina faculum
Iunxere impensis, sumptibus atque suis.
In qua defuder studijs addicta iuuentus
Ac informetur, Nec schola pulchra deest.
Dorothea hanc struxit, mater dignissima Regis
Inclita Danorum qui modo sceptra tenet.
Rex verò matris pietate & fæta secutus.
Hanc ornat magnis sumptibus, atque fauerit.
Est mihi pateræ, que, cum res poscit egenos
Excepit, infirmos, emeritosq; domus.
Quid de ponte loquar, qui vestigia magna
Inuicto Regi suppeditare solet?
Et quid de portis? nil certe gratius illa
Ad mercaturam ciuitib; esse potest.



HELSINGORVM.



EL SINGORVM, vulgo Helschenor, vrbis est Daniae littoralis nundinis frequentissimis, & peregrinarum mercium advectione clara. In quam multi conueniae, & magnarij diuersis ex locis confluxere. Quo etiam conquisitissime quæqueret incolarum usui inservientes appontantur. Ad cuius latus maritimum adiecta est arx CORONÆ BVRGVM castrum munitissimum, & inexpugnabile. Vbi pro mercibus vltro citroque exportandis, tursunque inuehendis, aliove transuendis, si modò securè quis nauigationem institutam absoluere velit, reddenda erit ratio. Qui secus fxit, capitale esto. Et bona quantulacunque subtrahita regio fisco cedant. Velificantes igitur, dorsumque maris hac calcantes, angustas fauces, quo cunque soluerint, cursumve direxerint intrare coguntur: debitumque portuum velis deductis regio quæstori pendere tenentur. Quibus transmissis, mox alij onustiores rationem reddituri carteruatim appellantur. Idque sanè bono iure, quod pro ipsorum salute, transiisque seculo, regia classis maximis sumptibus quotannis instruitur: ratibusque copiæ per æqua traducuntur, ut quicquid piratarum inuestigetur, capitur, cruciisque adiudicatur. Ne sic spoliorum aceruo & dulcedine allecti, maius in posterum facinus intendant, pluresque immaniter trucidant, neve deinceps impunitatis spe huius pelagi portibus incensis infidias stuentibus delinant. Ita nauigantibus per saluum conductum dimidium integrum, amissio plus tota. Quanquam aut DANIA naturâ aureas venas, & fodinas metallicas, quibus glorieruntur, non habeat, vt ARABIAE, Hispaniae, VNGARIAE hoc modo cōferrit possit. Habet tamē suas amplissimas opes, & reuera hoc loco aurifera est, vt regijs gazis, thesauris, annuisque reditibus immensis, nec Tago, nec Paetolo cedat, nec quicquid ab alijs periculosè, maximoque cum labore in fodinis quaeritur, inuenitur, effoditur, igni excoquitur, & aqua minerali diutissimè lanatur, tandemque usui humano in formas, massasq; diffusum præparatur: Id cumulatissimè in DANIA porratur, magna pars subditis probonis diuenditis numeratur, maior regi iusta pensione exoluitur. Open vicissim contra piratarum impios ausus implorantibus, promptissime communicat. Et negotiationibustutissimum mari usum recuperando, vnicūlibet terra suos saluos reddit. Laborent igitur alij in fodinis profundissimis, in vinetis desudent alij, macerent se nonnulli alijs artibus in colligendo auro: Nobis pinguius boum multitudinem, artua, frumentorum copiam, agripisci umque affluentiam maria subministrant. Quarum rerum iusta commutatione, auri copia quantum sufficit, regno importatur, & societas humana conseruatur. Versus Sepentrionem adiacet arx omnium magnificentissima, quam idem rex noster illuſtrissimus, villa diruta, ab inregro in loco omittium amoenissimo, singulari apparatu condidit. Eamque de suo nomine RIDERICIBVRGVM nuncupauit. Hic ocium, hic solitudo, hic regis grauissimus secessus, à strepitu urbano turbaque ciuili procul solutus. Cingitur autem hæc arx aquis, & sylvis vndiquaque: in quibus ferarum copiæ, grauissimæque venationes se offerunt. Hic mōtes, colles, valles, fontes irrigui, horti cultissimi, loca palustraria, & quicquid plus oblectatio- nis, minus verò tadij, visitur.

R I P A E.

MAGNIFICO DOMINO NICOLAO KAAS, DO-
MINO DE TORVPGARD, SERENISSIMI REGIS DANIAE
CANCELLARIO FIDELISSIMO,

ANDREAS VELLEIVS S. D.

Dicitur, Magnifice Domine Cancellarie, per Generosum Dominum Albertum Fris descriptionem nostræ vrbis Ripensis ad te in primis transmitti. Eam hic habes, qualem quidem festinans pictoris manu, hac vice formare potuit commodissimè. Digna certè hæc nostra Ripæ, quæ Calcographie beneficio in nobili Georgij Brauni Vrbium Theatro cum ceteris in notitiam veniant externorum. Neque certè vlli maritimarum vicinatum cedit, aut situs ac portus opportunitate, aut originis antiquissima monumentis, aut etiam incolarum moribus ac ingenij cultissimi, si his cum ceteris contendere necesse est. Sita est enim hæc Cimbrica Danica vrbis, in ripa Oceani, Australi Gothia proxima, loco herbido, pascuo, fertili atque salubri. Ad Sepentrionem tamen atque Occasum astiuum, sipergas, loca Tescua tantisper habebis obvia, donec milliariorum ab Urbe quarto excipiat frequens syluarum copia. Ab ortu, nihil delitiarum desiderari potest, quod non riuelorum, agrorum atque syluarum Tempe affatim suppetant. Hac latè patent Regi venatus claustra, usque dum mare orientale pertingitur. Meridies annem Nipticum vribi secum infert. παρὰ τὸν νεῖλον existimem θεού, vicina certè quondam balnea, & ab his nomen retinentes hodie vici, fidem faciunt. Hic Varmigenis ac Munchardenis lacus scaturiginibus auctus, Vrbis latus meridionale vniuersum claudit. Eumque vrbis benignissimo amplexu excipiens, exitum quatuor locis diuer- sis præbet, quibus in flumen Tuedense, quod vrbis latus boreale præterfluit, se exonerat. Ea de causa si penitus interiore vrbis formam spectes, Tripolim eam meritò dixeris. In tres enim sectiones, horum riuelorum cursu, fissa, toridem pontibus sublicijs, atque molis frumentarijs vicissim connexa, denuò coalescit. Ab occidua vrbis parte, Regia Acropolis fluentum vicinorum annum opibus auctum despicit, quod planitiem depresso peraugatum, instar Meandri, in maris gremium se insinuat. Hoc miliariorum vno ab urbe se aperit portu commodo, extentibus vndique insulis, vulgo nautarum notissimis, Mandoa, Phanoa, Forda, Silda, Amroma, Holglanda, cum peninsula Canglegia & promontorij varijs in mare latè excur- tentibus



rentibus, in quibus variæ nationes pescatum exercent longè vberimum. Verùm, quod humilius hoc litus, præter statum æstum, rarius accidit solem cardinalia puncta transire, qui in vna non ingens aliqua maris inundatio vrbem vniuersam, magna mole aquarum, facta quasi obsidione, vndique irruat atque inuoluat. Adeò, vt aliquoties notatum sit, etiam in ipsum usque coemiterium Cathedralis Ecclesie, quod summo vrbis loco, vulgo Eelberg/dicto, eminet, cum trepidatione incolarum eam peruasisce. Porro quo autore, quove tempore primùm condita sit hæc vrbs, in incerto relictum est. Certum tamen hanc primam arque antiquissimam cymborum, Phrindusiorum præsertim, quos Ptolomæus vocat, sedem extitisse. Quod & Tacitum inuenisse existimo, ubi Castrorum meminit, quorum vestigia in Ripa maris suo æuo (paulò post natum Christum) perhibet mansisse. Vnde veteris famæ, ingentis gloriae, manus gentis, ac tam magni exitus seu exercitus, eorum fidem metiendam iudicat. Nominis ~~louav~~ peperit maris vicinia, eamque condenda primùm Vrbi occasionem, pro certo, existimauerim. Argumento esse possunt, tum ipsum Emporium, olim hic celeberrimum, tum parietinæ multiplices splendiferissimorum ædificiorum, quæ his ipsiis mutuis commerciorum tractibus destinata cognoscimus. Ut taceam interim vicorum nomina, à Flandris, Anglis, Gallis, atque alijs exteris nationibus indita, hodie etiam usurpata à nostratis. Primùm apud Ripenses vera Christi Religio in hac regione sedem fixit. Ea illata ab Angelis primitus, studio Lefdagii, primi huius Ecclesie Episcopi renouata, atque publicè vnâ cum Baptismi solennibus tradita est hoc littore Niptici fluenti, in quo etiam tandem Martyrii coronam adeptus scribitur. Primum à Sliuicensi Ripense conditum est templum, crudius, vt autumno ab initio, sed temporis successu, in eam iam creuit amplitudinem, vt nulli huius patriæ aut cuiusvis nationis, sit inferius. Facit illud admirabile, testudo rotundior, solerti artificio chorus, quem vocant, yniuersum regens ac ambiens. Firmatis maiestas multitudine columnarum secto de marmore affabre concinnatam eluet. Splendore mirum quendam in modum auget, præter ipsam totius ædificij molem, vnâ præcipiè turris, quæ partim marmoreo, partim latericio opere, forma opulentè quadrata, in altitudinem muri solius C vi. vlnarum nostratum educta, conspicendi se exhibet procul vrbē ad sex miliaria nostrata. Hic quorundam Regum Daniæ condita reliquæ, In vicinia Lectorium Theologicum, & Bibliotheca publica Gymnasii triualis quoque binæ ades ampliores, quæ vicinam habent curiam, deputatam lo. i Episcopo. Is amplissimæ totius Daniæ præfeti, Diocepsi, continent Ecclesiæ CC. Lxxiv. Hic prima apud nostrates excludendi libros officina aperta est. Primum quoque Canoniconum Collegium vetustissimis, vt fert, canon noster, munitum priuilegijs, nobilium regni æqualibus. Non minori certè fuit propensio summorum Regū Daniæ exornandi ciues incolas legibus, ac plebiscitis municipalibus. Ut quæadmodum in prædictis primas semper obtinuerunt nostri Ripenses, ita legum quoque & disciplinæ grauitate, cum iusta harum executionis severitate, à sapientissimis magistratibus administrata, palmarum merito tulerint. Ea res locum dedit prouerbio, vt saltem nominatis legibus ac iudicij Ripensibus nihil quicquam grauitus ac iustius innui, vulgo existimatum sit. Ingenia Ciuium valida & acria. Summum apud nos omnes ordines mundicie studium. Hanc ceu Deam, qui non colat, publico subiacet opprobrio.

Matronis ac Virginibus ingenita comitur, præter ~~louav~~, simplex ac decem quædam
morum grauitas, &c. De quibus omnibus alibi vberius, hæc indigitasse
ad tuam voluntatem ac iussum, cui me totum dicaui, Am-
plissime Domine Cancellarie, hoc loco, xquæ
lectori sufficiant.

TVNDERA.



VNDERA Opidum est elegans situm in ea parte ducatus Slesuicensis, quam Frislani-
diam minorem appellant, loco fertili, tam agris quam pascuis. Vsurpandi iuris Lubeca-
ni facultatem, ab Abelo Duce Zudlandia, quem postea sibi Regem Dani ascuerunt.
Ciubus Tunderensibus Reinhardus Minorita imperauit, Anno a nato Christo 1243.
Lubecensis senatus, ut sui iuris copiam faceret, quod Imperator Fridericus 2. ipsi con-
firmauerat, per literas rogatus, illius descriptionem mandauit Henrico Brunscencensi,
qui a secretis ipsi fuit: attulit idem codicem, in quo ius municipale prescrispsit, anno eo-
dem, qui supra expressus est, 1243. Mense Maio. Eius rei testimonium exstat in eodem
illo Tunderensem codice. Frequentes nauigationes istuc instituta, celebritatem op-
do conciliarunt. Argunt nauigationum oportunitatem insignia: quorum vicem
præstat nauis. Effuderunt se marini fluctus, horrida tempestate commoti ad Ecclesiam
opidi primariam usque altitudine pedum duorum & semis Anno Christi 1532. Proditum hoc est memoria, incisis
passim murorum in parietes Crucibus.

Nunc verò iactis obicibus circumquaque spacio aliquot mille iugorum ara illa, contra iniurias effervescentis &
seuientis oceanii occidentalis munita est. Ac nostra quidem aetate 1555, 18. Iunii moles cataracta habens, firmata
est, & mari opposita: ac producta illa ab Hoier ad Cohart usque.

Non multo post nempe Anno 1564. Illustrissimus Princeps Ioannes Senior molem aliam iuncta cataracta consti-
tuit, quæ à Rotebul ad VVidungart usque porrigitur. Hinc evenit, ut nisi inter allo magni miliarii naues ad opidum
iam appellere non possint. Tempore autumni & veris traicere duas cataractas possunt Liburnicæ & scaphæ, easque
aplicare ad arcem, quæ opido vicina probè munira & ducis Adolphus laudatissima memorie, hæredum est. Perua-
ga, & habet fama, Anglos hoc in loco naues concendiisse, qui in Angliam sic modo appellatam traiicentes, ibique
co-sidentes Britaniam antiquitus nuncupatae, nomen mutarunt. Nam non longè remotum est opidum ab eo loco,
quæ etiam nomen Anglorum obtinet. Dicitur Tundera Flensburgo miliaribus quatuor. Slesuiga octo. Husio sex:
Lundo Dithmarsarum octo.

Ex Archivo opidi Tunderensis antiquum est mihi communicatum priuilegium, cuius hic initio memini, sub tali
verborum forma. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Anno dominicae incarnationis 1243. Regnante Sereniss. D. nostro Friderico secundo semper Augusto, Ierusalem & Sicilia Rege, conscribi fecerunt consules ciuitatis Lu-
be. enis ciuitati Tunderensi, ob honorem & dilectionem Domini Abel illustris Ducis Lutia, & ad instantiam ac
petitionem fratris Reinardi, Ordinis Fratrum Minorum Daciæ ministri & etiam pro dilectione ciuium de Tunde-
re iustitiam ciuitati Lubecensi à Glorioso fundatore dictæ Ciuitatis pia memorie Domino Henrico nobili duce
Suevia, Bauaria, Saxonia, Anglia, & Nordalbingia induitam & priuilegiatam. Postmodum verò, à gloriofissimo
Romanorum Imperatore Friderico primo confirmatam & suo stabilitam priuilegio, deinde à Regibus, Principibus
& Dominis approbatam & roboratam. Nunc autem à Sereniss. D. nostro Romanorum Imperatore Friderico II. Ie-
rusalem & Sicilia Rege, qui nunc regnat, priuilegiatam, stabilitam atque confirmatam per omnia Ciuitati Lubecensi
sigillo aureo perenniter confirmatam. Omnibus igitur hanc iustitiam seruare volentibus, gaudium sit & pax
in D.N. Iesu Christo, qui est benedictus in seculis seculorum, Amen.

IN VRBEM TVNDERENSEM EPIGRAMMA.

Ex quo quamvis spatio comprehensa sit Orbis
Non tamen omnino Tundera laude caret,
Nam pulchre stratas hec in se continent ades,
Annus cultori datq; alimenta suo,
Fertili hic primum seges est in pinguis aruis,
Pratag, granimib; luxuriare solent.
Huc simul Hesperium sua brachia porrigit aquor,
Ex cursu portum constituitq; suo.

Per quem nauiculæ merces portantibus iur
Ut mercaturam cuius habere queant,
Nauibus hunc Anglus non rard, Belga, Scotusq;
Ac variis portum mercibus ingreditur.
Effigies iugur tua sunt insignia nauis:
Hac vti veteri Tundera more solet.
Arx Ducis est muris, vallo circumdata fossa
Vndiq; vicinius adscicata locis.

Nobilium quoq; finitima paulumq; remota
Sunt arcæ aliquot Tundera pulchra tibi.
Nec secunda tuu a finibus ora recebit
Longius, à prisca Anglia dicta viru.
Creditur, binc Anglos olim migrasse suumq;
Mutauisse solum: qua ratione, latet.
Hac sun, quæ merito nunc commendabilis esse
Versibus in paucis Tundera parua potest.

OITINV M.

 Itinum Opidum vna cum arce quo modo Episcoporum Lubecensium primaria sedes, ab Adolfo II. Comite Holsatia, VVagræ, Stormaria, & Gehovvenburgensi, extrahitum est, à quo etiam insignia, & ius municipale accepit. Episcopatus autem Oldenburgenis, qui nunc ad Lubecenses translatus est, ab Ottone I. Imperatore fundatus est Anno Domini 952, qui constituit ibi Marconem I. Episcopum.

Hanc arcæ dictus Adolphus II, vna cù trecentis mansis (300. Morgenland) ac postulatione Henrici Leonis, Episcopatus Oldenburgensis circa annum D. 1159, attribuit: cum idem se facturum antea Vicelino Episcopo Oldenburgensi promisisset. Hac ratione arx illa sedes Episcoporum Oldenburgensis, & deinde post translationem Lubecensi facta est.

Mortuo Friderico I. Rege Dania, Lubecenses nullo indicto bello Holsatiam invadentes Tritouiam & hancar-
cem vna cum opidulo expugnarunt, sed postmodum auspiciis Christiani Holsatia Ducis à Iohanne Ranzouio Equite-
teaturo & nobilibus Holsaticis recuperata sunt, Lubecensibus in fugam conuersis & casis. Arxa autem hæc à Chri-
stiano III. Rege Dania certis conditionibus Episcopo Lubecensi & Canonicis restitura est.

Memorabile est, quod olim circa Oitimum accidisse, Annalibus Cœnobii Arensbock proditur, nimirum, Nobil-
lem quendam virum insigniter improbum, & cui in deliciis crudelitas erat, non longè ab hoc opido duob. circiter
miliaribus habitasse, tantaq; immanitate prædictum, vt xi. homines propria manu interneconi dederit, seq; diris de-
uouis, ni adhuc vnum, quo numerum duodenum impleret, interfecisset. Hic cum ex opido Oitino eques domum
se conferret, mero astuans, rusticum obuiantem occidere conatus spumans sic affatus est. Oportune ades, duode-
nus enim eris quem perimam, Rusticus iustum declinans, faxum adiacens transiliit, per quod illum insequens, excus-
sus equo, ceruicem fregit, & penas facinoribus dignas luit. Vnde etiam nungularum equi vestigia in eosaxoc
spiciuntur. Diuinæ vltionis exemplum haud vulgare, quo commonefacti latrones non inultum se laturos sibi per-
suadeant, si alteri suaissimam hanc lucis vſoram, quæ inestimabilis est, naturæ immemores crudeliter præcindat.

IN ARCEM OITINENSEM EPIGRAMMA.

Arx Oitinenis clara est, primaria sedes
Quæ Lubecensis præsulū esse solet.
Inclitus Holsatia Comes hanc construxit Adolphus
Qui quandam istius nominū alter erat.
Idem etiam parvam iuxta arcem condidit urbem,
Atq; huic ius proprium municipale dedit.

Cum contra Holsatos bellum Lubeca moueret,
Arx per vim sabiò militi capta fuit.
At Rex Christianus, qui Danica cœptis tenebat,
Subiectam hanc alii noluit esse duci:
Inq; fugam rursus peregrinum depulit hostem
Iani Ranzouii dum fuit vissus ope.